


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

69


3 in 1 vol. ...
... I. Band ...
T.W.

18 – 1 – 16
1) – 3)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

F. Baptiste Mantuani

Bucolica seu adolescentia in decem æglogas diuisa. Ab Iodoco Badio Ascensio familiariter exposita: cum indice dictionum.

Carmen eiusdem de sancto Iohanne Baptista

Dialogus eiusdem de vita beata.

In Aeglogas Mantuani Decatostichon omnium earum argumenta cōplectens: Ioannis Gallinarij Budorini.

Perlege Mantoi ruralia carmina vatis
Perlege pastoreos lector amice iocos
Non hic lasciuum Coridonis laudat Alexim.
Pagina nocturnos nec docet ista dolos
Fœmineas artes fastus conuicia fraudes
Exprobrat: & paphiæ furta facesq; deæ
Q; tenuis sanctæ sit honos & cura poæsis
Et scurras gratos regibus esse dolet
Increpat urbanos vario discrimine mores
Cætera de sacra relligione canunt.

Spe [illegible]


LIBRERIA RELIGIOSA GUICCIARDINI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ Inuentarium huius operis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Olimpus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

penates

¶ Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Thomas wolfius Iunior Iacobo wymphelingio. Sa. pa. licentiato.

Saluus sis mi doctissime iacobe: Aeglogas Baptistæ Mantuani sicut audio: tradidisti Iohanni Prüs calcographo communi nostro amico: ut in mille exemplaria transcriptæ: latissime diuulgentur. Debet profecto tibi plurimum germana iuuentus quæ diligentia tua multis doctorum virorum monumētis facta est opulentior. semp em̄ ex officina tua litteratoria aliquid depromis: quod iuuet: quod delectet: quod linguas iuuenum reddat politiores. ita sunt æglogæ Mantuani quæ eruditorum sententia totæ sunt aureæ. In quibus videre licet: id qd' in Theocriti & Maronis carmīe maxime admiramur. Ago dn̄is gratias non proinde quia natus sum: q̄ pro eo ꝙ me nasci cōtigit his temporibus. in quibus tot litterarum principes floruerunt Ego dum Bononiæ ingenuis disciplinis vacarem: in ipso Iubilei anno profectus sum Mantuam: ut Baptistam quē ex libris noueram: coram quoq; viderem. id feci ductus exemplo Apollonij Thyanei. qui sicut Philostratus tradit & meminit Hieronymus. opulentissima Indiæ regna penetrauit. et latissimo phison amne trammisso peruenit ad Brachmanas: ut iarcham in throno sedentem aureo & de tantali phiala potātem inter paucos discipulos de natura: de moribus ac de cursu dierum & syderum audiret docentem. Ego mi Iacobe sicut multa alia: ita hoc precipue quæsiui quid ipse in æglogis suis intelligi desiderarer per Vmbrum: in cuius laudibus esset tam frequens ac assiduus: aiebat ipse a se notari Gregorium tiphernum preceptorem suum hominem græcæ latinæq; linguæ oppido q̄ peritū qui & versu & prosa plurimū polluit. & qui aliquot Strabonis libros latinitate donauit. Fortasse scire desideras qua statura & forma sit ipse Mantuanus Baptista. memoria repeto de ea re multa a nobis olim fuisse dicta. ideoq; breuiter tibi nunc satisfaciam. scias id rectissime posse de Baptista dici quod Homerus & cæteri vates de Vlixe retulerunt. qui corpore paruus & forma indecorus: sed ingenio maximus & animo speciosissimus fuisse perhibetur. verum est illud poeticum. Non uni dat cuncta deus formosus. ut idem Sit simul & prudens. ac multa laude disertus. Qui specie caruit deus hunc venerabilis ornat Viribus eloquij: quo sit mirentur ut unum. Quod etiam Hie

Vmber.

De statura autoris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

ronymus contra pelagianos erudite expressit. Dabit tibi puer meus (cui Scatinio nomen) versiculos: quos hic noster Mantuanus de me composuit: sunt quidem nitidissimi: & qui plus habeant in recessu ꝙ in fronte ostendant. Epithomata tua germanica fac tandem in lucem prorumpant: ne a maleuolis in spongiam incubuisse dicant. sicut olim Augusti cæsaris. Aiax bene vale Argentinæ cursim ex ædibus nostris sexto Kalen. Martij. Anno Christi. M.CCCCC.III.

Iacobus wympfelingius Thomæ wolfio Iuniori.

Baptistam Mantuanum extollo tum in poematibus suis tersis & puris quæ absq; veneno a maturo preceptore iuuentuti tradi possunt. Tum ꝙ amor poetice in eo non extinguit studium sacræ paginæ & philosophiæ: nam ex eius libello de patientia magnum eum & philosophum & theologum esse liquido cōstat. Vtinam mihi liceret vidisse & audiuisse hominem sicut tibi licuit Thoma dulcissime: nedum hunc videre & audire. sed & Pycum Myrandulanū: Marsilium ficinum: Mattheum bossum. Pomponium letum. Petrū marsum. Anthonium codrū: & unicum preceptorem tuum Philippum Beroaldum. Laudo ego ingenia Italoꝝ: qui a teneris annis bene instituti: necessaria & utilia discunt. Illi nobis græcoꝝ philosophoꝝ: imo & theologoꝝ (sicuti Crisostomi & similium) libros e græca lingua latinos reddiderūt. Vtinā tandem apud germanos (saltem in hac urbe nostra Argentina) in dandis primis rudimētis imitemur Italos. Vtinam sopiatur stoliditas illoꝝ: qui puerulos casualibus & tēporalibus obtundunt. qui in grāmatica circa vocatiuus: verba impersonalia: appositione: impedimenta. In dyalectica vero circa uniuersale reale usq; in senium versant. Spero deum nobis tandem illam daturum gratiam: ut error quorundam delirantium sacrificuloꝝ comprimat: qui antiquæ adhuc laruæ qua ipsi corrupti sunt inherent. simul etiam ut insania cōpescat cuiusdā fratricelli famā meā ubiq; lacerantis. qui ꝓ adolescentibus apd' cōmunes ecclesiaꝝ scolas prima rudimēta iam consecuts gymnasium (qd' pedagogiū vocari solet) in hac urbe institui. periculosum fore: mentitus est. Vale ex Hieremitorio diui Guillermi Kal. Martij. Anno salutis nr̄æ. M.D.III.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

In Thomam wolfium Iuniorem decretorꝝ doctorem: & Albertum de Ratsamhusen germanicos amicitia coniunctissimos Tetrasthycon Baptistæ Mantuani.

Fallor: an hi duo sunt: duo sunt: pluresq; duobus
Hi duo: & hi plures: sunt tamen unus homo.
Corporibus duo: corde unus: quum viribus addat
Vnio: tres, sic sunt tres, duo & unus homo.

Versiculus Baptistæ Mantuani apud sacramentum eucharistiæ Mantuæ incisus.

Flecte genu: lapis hic venerabilis hospite christo

Tetrasthycum Baptistæ mantuani in apostatam de seipso loquentem.

Deposui benedicte tuam: rapuiq; petrinam
Vestem, sic ditem fallere posse ratus.
At mihi nil prodest vestis mutatio: nam me
Prodit caluicies & mea lingua leuis.

In Thomam wolfium Iuniorē. D. Doctorem qui habebat Basiliscum mortuum iocus Baptistæ Mantuani.

Hydra venenoso lætalia vulnera morsu
Intulit, & solo noxia dente fuit
Natus in ardenti libyæ basiliscus harena
Vulnerat aspectu: luminibusq; necat
Ergo tuum tanto maius decus Hercule Thoma
Quanto oculos morsu longius ire potest
Vt minus est oculis missum vitabile virus
Gloria sic maior Regulus hydra minor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

F. Baptista Mantuanus Carmelita Paridi Ceresario. P. D. S.

Audi o Pari ænigma perplexum: quod œdipodes ipse non solueret. Ego quinquagenarius & iam canescens adolescentiam meam repperi: & habeo adolescentiam simul & senectam. Sed ne longa ambage te teneam: nodũ hunc dissoluo. Anno præterito cũ florentia rediens Bononiam peruenissem: intellexi apud quendam litterarium virum esse quendam libellum meum: quem olim ante religionẽ dum in gymnasio paduano philosophari inciperem: ludens excuderam: et ab illa ætate adolescentiam vocaueram. Carmen est buccolicũ in octo æglogas diuisum. quod iamdiu tanꝗ abortiuum putabam abolitum. Vbi id resciui: saturnina fame repente sum percitus: & cogitaui quonam pacto possem proli meæ inferre perniciem. Iuuantibus ergo amicis libellum mihi vendicaui ut perderem: quem suspicabar erratis non posse non scatere. At ubi intellexi & alia quædam exemplaria supesse visum est præstare hoc quod vendicaram emendare: emendatumqꝫ edere: ut eius editione cętera quæ continent multa nimis iuuenilia deleantur. Hoc igitur sic castigatum duabus aliis æglogis: quas in religione lusi in calce subiunctis tibi o Pari iuuenis antiquę nobilitatis & studioꝝ ac omnium bonarum artium amãtissime nostræqꝫ urbis decus egregium libentissime dono: ut quandoque tetricis illis philosophiæ ac theologiæ lucubratiõibus: quibus assidue vacas: fatigatus fueris: habeas iucundulam hanc lectiunculam: qua tanꝗ ludo quodã blandulo (sed liberali) lassum legendo reparetur ingenium. Om̃es autẽ penes quos immatura illa sunt exemplaria quæ dixi rogatos volo: ut si quid unꝗ fuit eis dulce meum: confestim exurant: nec ullo pacto supesse ꝑmittant. Accipe ergo Pari suauissime libellum & auctorem: & ambobus tanꝗ rebus tuis tuo deinceps utaris arbitrio. Vale Calendis Septembris. M. CCCCXCVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ F. Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi ado/
lescentia in Aeglogas decem diuisa. Ad Paridem Cere/
sarium. ¶ Aegloga prima de honesto amore: & fœlici
eius exitu. Colloquntores Faustus & Fortunatus.
¶ Nomen Aeglogæ Faustus.

F Auste præcor gelida qñ pecus oĩe sub vmbra.
Ruminat antiquos paulũ recitemus amores
Ne si forte sopor nos occupet. vlla ferarum
Quæ modo per segetes tacite insidiantur adultas
Sæuiat in pecudes: melior vigilantia somno.

¶ Iodoci Badij Ascensij Buccolicorꝫ .F. Baptistæ Man
tuani Carmelitæ Theologi: Poetæq3 clarissimi fa/
miliares elucidatiunculæ.

F Auste pcor. &c̃. Hæc prima ægloga de honesto amo/
re fœliciq3 eius exitu inscribit̃ nõ sine ratione: nã licet
nondũ religionẽ ꝓfessus: hæc veluti ingenij sui prelu
dia cõposuerat ad poesim haud dubie natus auctor: tñ quia ne
tũc quidẽ quicq3 inhonestũ aut cõcipere aut edere voluisset: &
nũc cũ recognosceret si offendisset nimirũ reiecisset. Proinde ne
si de amoribus titulũ quispiã sæuerius religiosus lectitãs aufu
geret. inscripsit de amore honesto: q̊ reuera nihil est hoĩe digni
us. Hic aũt amor honestus describit̃: quia affectiõe matrimoni
ali initus. Addit̃ aũt de fœlici eius exitu: vt eos qui amare vo/
lent ad honestum amorẽ inuitet quippe: cuius fœlix est exitus.
Nam de lubricis & inhonestis vere dicit̃ a cõpatriota eius in cõ
simili ope. Et quisquis amores Aut metuet dulces: aut experiet̃
amaros Personæ. vt in pambulis dixim⁹ etiã hic ab officio &
rebus denoĩant̃ Faustus & Fortunatus. Nam utrũq3 in bonũ
sonat: ut Fortunate senex. &c̃. Et O fortunatos nimiũ bona si
sua norint Agricolas. Et rursus. O fortunati q̊rꝫ iam mœnia
surgũt. Præterea: Fortunatus & ille: deos qui nouit agrestes.
Faustus aũt si ad vocẽ alludere lubet videt̃ quasi fatim aut fa/ Faustus.
uore actus aut fauore stans. ¶ Ordo (quẽ nõ ubiq3: q̈a opus
nõ erit re) petemus hic est. O fauste qñ. i. qñquidem oĩe pecus Ruminare
ruminat. i. remãdit prius in ventrẽ imissa. sub vmbra gelida.
:i. tẽperate frigida (Persius aũt dicit: & patula pecus omne sub

ulmo est (ego precor recitemus tu mores antiq̄s .i. honestos quales erāt antiquis. Vñ Phauorinus apud Gelliū li. i. cap̄. x. Ad iuuenē nimis antique loquentē. Sed antiquitatem tibi placere ais: q̄ honesta bona & sobria & modesta sit. Viue ergo moribus p̄teritis: loquere verbis presentibus. Antiquū etiā solet accipi p̄ charo: q̄ amici & vina & cætera id genus: ut queq̄ vetterrima ita charissima nobis esse soleant. Vñ Macro. in principio saturnalio℞. Hinc est q̄ mihi q̄q̄ institutiōe tua nihil antiquius æstimat̄. &c̄. Ve℞ tamē hic potius accepero p̄ honestis antiquis cōgruentibus. Id aūt epitheton decenter addit̄: q̄ sine eo Seruius velit amores lubricos dici. Nam qui honestatis & religionis est numero vnitatis efferri solet: ve℞ tamen amores etiā honestos dici docet Cice. offici. i. sic dicens. Faciem honesti vides: q̄ si oculis cerneret̄ mirabiles amores (ut ait Plato) citaret sapientiæ. Recitemus ḡ amores antiquos: ne si forte sopor .i. profundus somnus nos occupet: videlicet oscitantes: vlla .i. quæuis ulla fera℞ q̄ insidiant̄ mō tacite p̄ segetes adultas .i. maturas: sæuiat in pecudes: qd' docet Maro in culice. vigilantia ē supple: melior somno. generale adagiū: q̄ sententiam firmat.

Antiquus

Amor.

Vlla.

Hic locus: hæc eadē sub qua requiescimus arbor. Fau.
Scit quibus ingemui curis: quibus ignibus arsi
Ante duos (vel ni nemini male) quattuor annos.
Sed tibi quando vacat: quando est iucunda relatu:
Historiam prima repetens ab origine pandam.
Hic ego dum sequerer primis armenta sub annis
Veste solo strata sedi: iacuiq̄ supinus:
Cum gemitu & lachrymis mea tristia fata reuoluens:
Nulla quies mihi dulcis erat: nullus labor: ægro
Pectore sensus iners: & mens torpore sepulta
Vt stomachus languentis erat: quem nulla ciborum
Blandimenta mouent: quem nulla inuitat orexis.
Carminis occiderat studium. iam nulla sonabat.
Fistula disparibus calamis: odiosus & arcus

Orexis vomit⁹ aut appetit⁹ ex vomitu.

Funda odiosa: canes adiosi: odiosa volucrum
Præda: nucum calyces cultro enucleare molestum
Texere fiscellam iunco: vel vimine piscem
Fallere. scrutari nidos. certare palestra:
Sortiri digitis res iniucunda. voluptas
Magna prius tanti: dum mens erat inscia morbi.
Colligere agrestes vuas: & fragra perosus.

Sortiri digitis. i. micare

¶ Hic locus. &c. Sermo est ut dixi mere pastoralis: & ita aptus ac pprius. Scit quibus ingemui curis. testimonio rem firmat: & ad tela cupidinis alludit: qui altera manu tela: altera gestat flammas. Vnde maior Mantuanus. At regina graui iamdudum saucia cura. Vulnus alit venis: & cæco carpitur igni. Nam vulnus telo fit: unde saucia curis dicta. Nam cura scd'm Seruiũ dicit̃ ꝙ cor urat: quo circa bene hic dicit ingemui. i. intus & in pcordijs vel multũ ingemui: curis: quia Res est sollici ti plena timoris amor. Quibus ignibus. q. d. efflagratissimis aut cæcis: ut ille & cæco carpit̃ igni. Ignis aũt aliquãdo amor dicitur: ut si quos aut Phillidis ignes. Aut Alconis habes laudes. Aliquãdo amatus ut at sese offert ultro meus ignis amyntas. Vel ni memini male: qd' factum nõ censet. quia meminert aĩa amantes. Quãdo. i. quãdoqudẽ. iucunda relatu. i. dum refertur & recenset̃: vel ut referat̃. Est autẽ posterius supinũ: qd' eo modo cũ nominibus adiectiuis construi docet Valla. Prima repetens ab origiẽ: maronianũ est. Sub primis annis: quia primus furor amorꝫ grauissimus est: cũ in experta exerceat pectora. Veste solo. i. p terrã strata. i. extensa. Dicit̃ etiam solum sterni floribus. Sedi. i. resedi defessus: dũ sequerer. i. sequi deberem. Iacuiqꝫ supinus qd' amentis est. Sensus iners. i. sine arte & industria. Mens erat sepulta. i. ebetata torpore ex languore orto. Vt stomachus languentis: quẽ stomachum videlicet: Nulla inuitat orexis. i. nullus appetitus aut nullus vomitus seu ructatio. Orexis em̃ græcum est ab oregome . i. appeto appetitus. Ex vomitu aũt appetitus nascit̃: vnde etiam apd' Piniũ in epl'is p vomitu accipit̃. Errãt aũt qui latine oris exitũ interpͥtant̃. Nam os oris primã pducit: hoc autẽ corripitur: ut hic: & a Iuuenale Satyra sexta.

iiij. Aenei.
Cura.
Oui. i. epl'a.
Ignis.
Orexis.

Rabidã facturus orexim. Et satyra. xi. Hinc surgit orexis: hinc stomacho bilis. Carmĩs occiderat studiũ. Cõmemorat fere q̃ pastorẽ oblectare solent & primũ fistulã. de q̃ Aenei. iij. de Polyphemo loquẽs ait Maro. Solamẽq; mali de collo fistula pendet. Disparib⁹ calamis emphaticos. q. d. ne etiã artificiosiss ma vt est disparibus calamis cõpacta: ut in Buc. Maro. Est mihi disparibus septẽ cõpacta cicutis: fistula. Et alibi. Aut vnq; tibi fistula cæra: iuncta fuit? Nã ut alibi dicit Pan. Primus calamos cæra cõiungere p̃res. Instituit. Odiosus et arcus: plus ẽ q̃ si eius studiũ occiderit. Id aũt pastorale studiũ est. Vñ illud: & figere ceruos etiam devenatu intelligi põt. Funda odiosa: q̃ se pubes rustica ad futurã militiã exercere solebat. Nucũ calices. i. testas enucleare. i. nucleis euacuare & nucleos extrahere: sicut exossare: ossa extrahere. Texere fiscellã. i. vas vimineũ. Maro ĩ alexi. Quin tu aliqd potius: q̃r; nũc indiget usus. Viminibus molliq; paras detexere iunco? Et in fine Buco. Dũ sedet & gracili fiscellam texit hybisco. Est aũt diminutiuũ a fiscina. De q̃ Geor. prĩo. Nunc facilis rubea texat̃ fiscina virga. vel vimine. i. tenui pertica seu virga. Scrutari nidos. Maro. Parta meæ veneri sũt munera: nãq; notaui. Ipse locũ aeriæ quo cõgessere palumbes Certare palestra cursu & lucta. Sortiri digitis. i. micare: qui ita loq; est ludus. Erigit aũt micantiũ vterq; quot vult digitos: & diuinat quot sint ambobus erecti. & qui prior enunciat depositũ sortitur. Agrestes vuas labruscas. Et fragra humi nascentia. Virgi. Qui legitis flores & humi nascentia fragra.

Exossare
Fiscella.
Micare.

Mœrebam ut pastu rediens philomena cibumq;
Ore ferens natis vacuo sua pignora nido
Cum sublata videt: rostro cadit esca remisso:
Cor stupet: & contra nidos super arboris altæ
Fronde sedet plorans infœlices hymenæos.
Cõparatio. Seu veluti amisso partu formosa iuuenca
Quæ postq; latos altis mugitibus agros
Compleuit: residens pallenti sola sub umbra
Gramina non carpit: nec fluminis attrahit vndam.
Sed quid circuitu pario tibi tædia longo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Dum ſequor ambages:& verba & tempora perdo
Summa hæc.vitales auras inuitus agebam
Quod ſi forte volens cognoſcere ſingula dicas.
Fauſte quis in ſyrtes auſter te impegerat iſtas:
Me mea:ibi verum etenim fortnuate fatebor:
Me mea galla ſuo ſic circumuenerat ore:
Vt captam pedicis circundat aranea muſcam.
Nanq; eratore rubens:& plena turgida vultu
Et quamuis oculo pene eſſet inutilis uno:
Cum tamen illius faciem mirabar & annos:
Dicebam triuiæ formam nihil eſſe dianæ:

¶ Mœrebã.&c̃.Similitudinẽ affert qua res ſit clarior:ſed ruſtico nõ impertinentẽ.Paſtu nomẽ eſt:ut ſit e paſtu ſeu paſtura Paſtu. Nam poſteriora ſupina nõ ponũt periti cũ verbis de loco qđ tñ imperitorꝝ pcepit manus.Ore ferens.Virg.de apibus.Ore ferunt dulcẽ natis imitibus eſcam.Philomena dicit luſcinia:ea Philomena: aũt querula fingit ppter amiſſam linguã:ut in Buc.virgi.dici Luſcinia. ſolet.Quas illi philomella dapes.Legunt aũt alij philomella geminato l:quia melos primam corripit:vt ſit amatrix dulcis cãtus Nihil em̃ ea artificioſius canit.ut autor eſt Plinius dicens Eſt luſcinijs diebus ac noctibus cõtinuis quindecĩ cantus denſante ſe frondiũ germie.Mira pfecto res eſt:ꝙ tanta vox in tãtulo corpuſculo ſit:tã ptinax ſpũs & muſicæ pfectæ modulatus ſonus.Cantãt inter ſe:& victa:morte quieſcit:prius vita ꝙ̃ cãtu deficiens.Audit diſcipulã attente & corrigit:ppter hęc pria illis ac ſeruis precia erãt.In ore Sterpſicori poetæ adhuc infantis cecinit.&c̃.Alij vero philomena p n legũt.ut hic.Ore remiſſo.i.nõ amplius attente eſcã tenẽte.Negãt aũt roſtrũ dici Roſtrum niſi ſit incuruũ.Sup arboris altæ frõde antique.ut Maro.Frõ Super. de ſup viridi & gemina ſup arbore ſidũt.Nam nũc ſup fron Supra dem dicimus.Volunt pterea ſup dici ubi res cõtingit:ſup ubi diſtantia ẽ.Plorãs.i.cõquerẽs.hymenæos.i.nuptias:in qbus Hymenæus hymenæus a græcis inuocari ſolet:ut thalaſſio ab latinis:qđ i Epithalami epithalamijs.i.carmibus nuptialibus videre eſt:ut aũt docent um.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Donatus & Seruius. Hymenæũ quidã liberi ac veneris filiũ dicũt esse. qui primus certas nuptias instituerit: ideoq̃ p laudẽ cãtari in virgialibus nuptijs ob hmõi meritũ. Alij virũ fortẽ atticũ: q̃ raptas p̃donibus virgines opp̃ssis latronibus patriæ restituerit. Hinc etiã inqt Ser. apd' Romanos thalassio inuocatˀ cũ em̃ in raptu sabinarꝝ plæbeus quidã raptã pulcherrimã duceret: ne ei auferet ab alijs thalassionis cuiusdã nobil' esse simulauit: cuius noĩe fuit puellæ tuta virginitas. de q̃ re Liuius li. i. decados primæ certus est author. Plura tñ & quædã his diuersa apd' Plutarcũ legas. Alij inquit Dona. φ hymen dicatˀ mẽbrana quedã qua est munita virgitas: q̃ primo disrũpitˀ coitu: hymenæũ dictũ putãt. Alij hymnũ vocari virginaliũ nuptiarũ. Ergo sic accipe hymenæũ in nuptijs: queãdmodũ in funere vel in sacris hymnũ. Teren. in Adel. Verꝝ hoc mihi mora est tibicina: & hymenæũ qui canãt: Hæc illi. Hic aũt accipitˀ ꝓ cõiunctione quasi nuptiali.. Seu veluti. Alia similitudo etiã rusticis cõgrua. Gramĩa nõ carpit. Sic Maro. Vlla neq̃ amnẽ libauit quadrupes: nec graminis attigit herbã. Dũ sequor ambages. i. dubios & longos verborꝝ circuitus & inuolucra: ab ambigo qd' est circũago. Maro. Non hic te carmĩe ficto: Siue per ambages aut longa exorsa tenebo. Vitales auras sic Aenei. i. Si vescitˀ aura: ætherea nec adhuc crudelibus occupat vmbris. Quis auster: quis vẽtus ĩportunus. Maro. Date classibus austros. Est aũt meridionalis tepore corrũpẽs vñ amoribus quadrat. Maro. He heu qd volui misero mihi: pditus austrũ. Floribꝰ & liquidis ĩmisi fontibꝰ apros. Corrũpentẽ obsonia docet Iuuenal'. & ꝓperat velut urgeat auster. Syrtes sunt loca arenosa habentia vada breuia: in q̃ si inciderint naues euelli nequeũt de qbus Maro æneı. i. In breuia & syrtes vrget. Sunt aũt ĩ Getulia. Idẽ in. v. Hunc ego getulis agerem si syrtibus exul. Hinc methaphoricos aut allegoricos ꝓ inextricabilibus amorꝝ nexibus: nã qui amãt qd' obtinere nequeũt lupũ auribus tenẽt: cũ neq̃ tenere neq̃ dimittere cõpotes sint. Impegerat ab impingo nã pũgo etiam pegi facit. Istas tuas & viles: Pertinet em̃ iste ad scd'am personã. & ad cõtemptũ. Maro. Aut qd petis istis: Me mea galla. In Iuue. etiã tenuis clientis uxor. Galla mea est inqt Profer galla caput. &c̃. suo ore formositate oris. Pedicis laqueis: & vincul' pedũ: sicut manicæ sũt manuũ vincl'a. Geor. i. Tũ gruibus pedicas & rethia ponere ceruis. Auritosq̃ sequi lepo-

Marginal notes: Thalassio — Hymen. — Ambages — Auster. — Syrtes. — Iste Galla. — Pedica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

res: tũ figere dãmas. Ex aenei. ij. Manicas atq; arcta leuari vincla iubet Priam⁹. Est etiã manica manuũ & brachiorꝝ tegumẽtũ. Idẽ. Et tunicae manicas: & habet ridimicła mitrae. Est pleno turgida vultu. Terẽ. Succi plena: sed id vrbanius. Nã turgida .i. inflata nõ suo pingui nõnisi rustico placeat ut lusca .i. altero ocło capta: sed dicit pene: ut nõ mere luscã sed petã .i. tremulis ocłis putes. nã & venus peta dr̃. dianae triuiae .i. tris vias habẽtis in caelo ubi luna dr̃: in siluis ubi diana venatrix: & apđ inferos ubi ꝓserpina: qđ fingit̃: quia lunae lumẽ nũc superis: nũc inferis. nũc nobis conspicit̃. Legi posset ducebã .i. iudicabã in animo meo. Nihil esse videlicet ad hanc nostram.

Manica

Turgida

Peta.

Truuiae.

Ludit amor sensus: oculos praestringit: & aufert — Fort.

Libertatem animi: & mira nos fascinat arte:

Credo aliquis daemon subiens praecordia: flammam

Concitet: & raptam tollat de cardine mentem.

Mec deus ut perhibent: amor est: sed amaror & error.

Fascinat illigat incantamento.

¶ Ludit amor) Interloquit̃ Fortu. ne durior sit perpetuus tenor unius. Ludit eludit. oculos prestringit. Vñ praestigiae & p̃stigiatores qui mercuriũ principẽ habẽt. Fascinat: illigat quasi fasce quodã incantamẽto Maro. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Aliquis daemon .i. vafer spũs. Praecordia .i. membranulas cor cingentes: in quibus sunt affectiones seu passiones animorꝝ. Concitet a concieo frequentatiuum .i. ꝓuocet & cõmoueat. De cardine: de stabilitate: & firmitudine sua. Nec deus. Maro. Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum. Hismarus: aut rhodope: aut extremi garamãtes. Nec nostri generis puerũ: nec sanguinis edũt. Amaror amaricies amaritas & amaritudo ab amaro dicuntur.

Fascinat:

Praecordia.

Amaror

Addeq; optatis: nec spes erat ulla potiri:

Quamuis illa meo miserata faueret amori:

Monstraretq; suis oculis ac nutibus ignes.

Nam quocunq; isset: semper comes aspera: semper

Nupta sequebatur soror: & durissima mater.

Sicq; repugnabant votis contraria vota.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Non ſecus ac muri catus: ille inuadere pernam
Nititur: hic rimas oculis obſeruat acutis.

Adde. &c̃. Docet quō ĩ ſyrtes incidiſſe ꝓbe ẽ. Nō ſecus. i. nō
Catus aliter. ac. i. ꝙ. ſ. repugnat. catus. i. feles animal reuera catū. i. va
frū & callidum: & corripit catus primā. vnde ꝑ t ſimplex ſcri-
betur. Horatius prīo carmiuū. Voce formaſti catus & decore
Verūtamen multi ꝓ animali ꝑ t duplex ſcribendū putant. Per
Perna. na a pede dicit̃ ſcd'm Varronē: quaſi ſit pes porcinus cū carne
præcipue priores pernas vocant. poſteriores vero petaſones.
Rimas. Rimas. i. fiſſuras e quibus mus exiliat.

Qui ſatur eſt pleno laudat ieiunia ventre Fort.
Et quem nulla premit ſitis eſt ſitientibus aſpe r.

Iterū interloquit̃ Fortu. cuius dictū: ſi ad duriſſimā matrē
reſpicit. ſenſus ē: matrē iā ſaturatā amoribus nō ignoſcere filię
amare incipiēti. Si ad catū: illū ĩuidere muri aut ſorici famelico
cū ſatur ſit: q̃a tūc p̃cipue venatui ĩtendit cū cōtra faciat canis.

Tempus erat curua ſegetes incidere falce: Fau.
Et late albebant flauentibus hordea culmis:
Affuit (ut mos eſt) natis comitata duabus
Collectura parens quæ præterit hordea meſſor:
Ignorabat enim vel diſſimulabat amorem:
Diſſimulaſſe puto: quoniam data munera natæ
Nouerat. exiguum leporem geminaſq; palumbes.
Pauperies inimica bonis eſt moribus. omne Fortu:
Labitur in vicium: culpæ ſcelerumq; miniſtra eſt.
Farra legens ibat mea per veſtigia virgo Fau.
Nuda pedem: diſcincta ſinum: ſpoliata lacertos.
Vt decet æſtatem: quæ ſolibus ardet iniquis.
Tecta caput fronde intorta: quia ſole peruſta
Fuſca fit: & yoto facies non ſernit amantum.
Iam tergo vicina meo lateriq; propinqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Sponte mea de lapſa manu frumenta legebat.
Nec cælare ſuas nec vincere fœmina curat:
Nec differre poteſt: tantum leuitatis in illa eſt.
Quiſquis amat leuis eſt. nec fœmina ſola ſed ipſi Fort.
Quos ſapere & præſtare aliis mortalibus aiunt:
Quos operit latus fulgenti murice clauus.
Quos vidi elatos regali incedere paſſu:
Tu quoq; ſic affectus eras dementior illa:
Forſitan & leuior. virgo data farra legebat.
At tu farra dabas. dic quæ dementia maior.
Perge. opus eſt verbis aliquando arcere ſoporem:

¶ Tempus erat curua ſegetes incidere. græcæ & duriter ut ruſtico cōpetit. Nam latine dicas tempus incidendi: auctoribus Seruio & Valla. Virg. tamē Aenei. ij. dixit. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Collectura parens. Hic locus videt̃ ſumptus ex Ruth. Pauperies inimica bonis eſt moribus Id ruſticis viſum: quibus nondum intellecta deorꝝ Munera paupertas. aut quia indigentē difficile eſt bene operari. aut reuera: q̃a per paupertatē cogunt̃ mulierculæ munera accipere: q̃ diuitibus eſſent reſpuenda. Omne labit̃ in vitium. Sic Comicus. Inopia & cognatorꝝ negligentia coacta. Et poſt. ita ut ingeniū eſt omniū hominū procliue ab labore ad libidinē. Eſt quidē hæc ſententia ruſtico digna. Nam neq; paupertas vitiū eſt: neq; in vitiū impellit: ſi eam ferre nouerimus. quin munus deorꝝ a lucano recte dicit̃ ſed nondū intellectū. Verꝝ: quia ꝓcliues ſumus ad libidinē noſtro: nō paupertatis vicio ſæpe peccamus. Vnde Prouer. xxx. Aut ægeſtate furer & periurē nomen domini. Et tamen idē dixit. Paupertas & honeſtas a deo ſunt. Dicemus ergo paupertatē in ſpiritu ſanctam: ſed difficilem eius uſum. Pauperies aūt ꝓprie accipit̃ ꝓ paupertate: ut ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicat̃. Nuda pedem: græcæ & poeticæ ſunt locutiones. Maro ænei. i. Nuda genu: nodoq; ſinus collecta fluentis. Sunt aūt oratoribus vitandæ. Spōte mea. ſic & booz ipſi ruth fieri p̃cepit. Latus clauus veſtis eſt ſenatorꝝ romanorꝝ. Murex

Paupertas
Pauperies.
Latus clau⁹
Murex.

conchilij genus: cuius sanguie fit purpureus color. Dic quæ dementia. in prosa potius dixero utra vel utrius.

Continuo aspiciens ægre tulit aspera mater: Faust.
Et clamans: quo (dixit) abis? cur deseris agmen?
Galla veni. namq; hic alnos prope mitior umbra
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura
O inuisa meis vox auribus. ite (precabar)
Ite malam venti celeres dispergite vocem.
Si quis pastor oues ad pinguia pascua ducat:
Et vetet adductas presens decerpere gramen:
Vel si iam pastas potum compescat ad amnem.
Et sitibundo ori salientem deneget undam:
Nonne importunus? naturæ inimicus & excors?
Illa mihi vox visa iouis violentior ira.
Cum tonat: & pluuius terris irascitur aer.
Non potui & volui frontem non flectere. virgo
Demissi in cilium de sub velaminis ora
Me aspiciens motis blande subrisit ocellis.
Id cernens iterum natam vocat improba mater.
Galla operi magis intendens audire recusat.
Vt pede sic animo sequitur: tum prouidus ipse
Namq; dolos inspirat amor: fraudesq; ministrat.
Nunc cantu nunc sollicitans clamore metentes
Velamenta dabam sceleri: quo credere possent
Et soror et mater non audiuisse puellam.
Falce repellebam sentes: ne crura sequentis
Leuia: ne teneras ausint offendere plantas

Quiſquis amat ſeruit: ſequitur captiuus amantē. For.
Fert domita ceruice iugum: fert verbera tergo
Dulcia: fert ſtimulos: trahit & bouis inſtar aratrum.

¶ Continuo aſpiciens. Continuo recitat argumentū amorꝝ ſuorum. Si quis paſtor. Indicat ſimilitudine q̄ incōmoda fuerat matris reclamatio. Nam ſicut paſtor ouibus eſſet īportunus: ſi ea a preſentibus herbis aut fluminibus cū famerēt ac ſitirent arceat: q̄ tantali poena dicit̄: ita īportuna viſa eſt mater q̄ p̄ſentia puellæ vetabat frui. Iouis violentior ira. amatorie dictum. Audire recuſat. i. hic ut videt̄ diſſimulat. Velamēta dabā ſceleri. i. fraudi. q̄ nō ſemꝑ ſcelerata eſt. Nam ſi honeſte amauit: ut titulus indicat cui ſceleri? Sed ſcelus ē in puella nō audienti monitis maternis. Sentes ſpinas & vepres. Crura ſequentis. ſ. virginis. Leuia nō aſpera nec piloſa. teneras plantas. Maro. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Quiſquis amat ſeruit. Ideo Ouidi. Dū licet iniuſto ſubtrahe colla iugo. Fert. i. patitur verbera. Satyricus Solea puer obiurgabere rubra. Bouis inſtar. i. in ſtatū & morem: qđ Valla nō approbat. Vult em̄ inſtar ad æquiparationē: nō ad ſimilitudinē pertinere.

Sentes
Fert
Inſtar.

Tu quoqꝫ ut hinc video non es ignarus amorꝝ. Fau.
Id cōmune malum ſemel inſaniuimus omnes. Fort.
Hoc animi tam triſte bonum tam dulce venenū Fau.
Quottidie crudele magis creſcebat in horas:
Vt calor in nonam dum lux attollitur horam
Pallebam attonito ſimilis: limphaticus: amens
Immemor/inſomnis. nec erat res ardua morbi
Noſſe genus: frons eſt animi mutabilis index:
Vt pater aduertit: mitem ſe prebuit ultra
Conſuetum: qꝫ & ipſe ſuos expertus amorum
Sciret onus: blandoqꝫ loquens humaniter ore:
Dic inquit dic fauſte: quid hoc quod pectore voluis?
Infoelix puer hæc facies teſtatur amorem.

Limphatic⁹
furore capt⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Dic mihi, ne pudeat curas aperire parenti.
Sit licet in natos facies austera parentum Fortu:
Aequa tamen semper mens est & amica voluntas:
Vt facilem pater affectum præ se tulit: ultro Faust:
Rem confessus opem petij. promisit & ante
Qꝫ brummale gelu borealibus arua pruinis
Spargeret: agnati unanimes cum patre puellam
Despondere mihi. nec adhuc sine testibus illi
Congrediebar: eram medio sitibundus in amne
Tantalus: o quotiens misso cum bobus aratro
Vt vacuis aliquando esset sola ædibus ibam.

¶ Tu quoq; Aeneas siluius (qui papa Pius) asserit neminē ad tri
gesimū puenire ætatis annū qui nō senserit aliqñ amoris ignē
Vñ ꝓuerbialiter dicit. Semel insaniuimus oēs. qđ Maro in Ge
orgi. li. iij. sic dicit. Omne adeo genus in terris hominūq; fera-
rumq;. Et genus æquoreum: pecudes: pictæq; volucres. In fu-
rias ignēq; ruunt: amor omnibus idem. &c̄. Hinc. i. ex his a te
Hinc. dictis. Limphaticus. i. furore percitus: ut hij q limphas. i. nym
Limphatic⁹ phas se vidisse in aquis credunt. Errant aūt qui vinū limpha-
tum dicunt ꝓ diluto. Amens. i. sine mente. Teren. Nam hęc in
Amens ceptio nō amantiū sed amentiū est. Frons est animi mutabilis
Frons index. Prouerbiale. sed quia cœperūt homines dissimulare: Di
cit Iuueñ. Fronti nulla fides. ea dicata fertur verecundiæq; atq;
pudori. Frons index. Sunt ergo index & similia cōmunia. Cice
ro. Hanc vocē stultitiæ indicem. Vt pater aduertit. i. resciuit: ag
nouit: annotauit aīaduertendo. Mitē se ꝑbuit: talem ꝑstandū
docet mitio Teren, in Adelp. Vltra consuetū. i. ꝑter cōsuetudi
nē: qa solent patres esse seueri in mores filioꝝ. vñ Menedemus
Terētius in heauton. Cœpi nō humaniter: neq; ut animū decu
it ægrotū adolescentuli tractare: sed vi & via puulgata patrū:
q̄ttidie accusabā. &c̄. Causam aūt quare pater mitior fuit: ad-
dit ꝙ & ipse. &c̄. Vñ & diuū Petrū labi cōgruit: ut sciret igno
scere. Dic mihi ne pudeat. &c̄. ex loco Terētiano: ut dixi. Sit li
cet in natos. &c̄. Confirmat: ut verosimile sit qđ ille dixerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Agnati.i.affines despōdere.i.desponderūt mihi puellam. Nec adhuc sine testibus.i.arbitris & p̄sentibus. Illi cū illa cōgredie bar.i.licet esset mihi despōsata: tñ nō licebat cōuenire eā nec cū ea loqui cū sola esset: q̄ custoditā eius attestat̄ pudicitiā. Est aūt locutio virgiliana: nā Virgi. verba ad certamē p̄tinentia cū da tiuo cōstruit: q̄ aliȷ̄ cū ablatiuo mediāte cū: ut placido ne. etiā pugnabis amori.i.cū amore. Certat tibi.i.tecū. Infœlix puer atq̄ ipar cōgressus achilli.i.cū achille. Erā medio sitibūdus in amne. Tantalus.i.tantali sitis. De q̄ Hora.i.ser. Tantalus a la bris sitiens fugientia captat flumīa. Quia em̄ deoꝝ secreta re uelauit: aut qa pelopē filiū dȷ̄s epulandū apposuit: hac pœna apd' inferos dānatus dr̄: ut mentotenus īmo labioꝝ tenus ha beat dulcissima flumina: qbus dū sitim restringere conet̄ dela bunt̄: & nasotenus: fragrātia poma: itidem dū app̄hendere co nat̄ subterfugiētia. Signant̄ aūt auari: ut autor ē Hora. subdēs ibidē: qd rides: mutato noīe de te. fabula narrat̄: cōgestis vndi q̄ saccis. Indormis inhians. & tanq̄ pcere sacris. Congeris aut pictis tanq̄ gaudere tabellis: ut ædibus.i. domibus priuatis.s. paternis: vacuis scilicet patre: matre: sorore: & reliquis familia ribus esset sola. scilicet domi. ibam videlicet ad eam. Tantalus Mentoten. Aedibus

Omnia causabar/stiuam/dentale/iugumq̄:
Lora iugi/rullam/ deerant quæcunq̄ petebam
E soceri lare: sola tamen deerat mihi virgo.
Non deeram mihi/piscator/ venator & auceps
Factus eram/& solers studia intermissa resumpsi.
Quicquid erat prædę: quicquid fortuna tulisset:
Ad soceros ibat: gener officiosus habebar.
Nocte semel media subeuntem limina furtim
(Sic etenim pactus fueram cum virgine) furem
Esse rati inuasere canes: ego protinus altam
Transiliens sæpem: vix ora latrantia fugi.
His tandem studȷ̄s hyemem transegimus illam
Ver redȷ̄t, iam sylua viret: iam vinea frondet:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Lāpyrides sūt papiliones nocte relucentes & maturitatē hordei indicantes

Dies genial: q̊ gignēdis liberis factū coniugium

Iam spicata ceres, iam cogitat hordea messor.
Splendidulis iam nocte volant lampyrides alis
Ecce dies genialis adest: mihi ducitur uxor
Sed quid opus multis? nox expectata duobus
Venit: & in portum vento ratis acta secundo est.
Tum boue mactato gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mensis
Affuit œnophilus multoq; solutus hiaccho
Tempestiua dedit toti spectacula vico
Et cum multifori tonius: cui tibia buxo
Tandem post epulas & pocula/multicolorem:
Ventriculum sumpsit: buccasq; inflare rubentes
Incipiens oculos aperit: ciliisq; leuatis
Multotiensq; altis flatu a pulmonibus hausto
Vtrem implet cubito vocem dat tibia presso.
Nunc huc nunc illuc digito saliente vocauit
Pinguibus a mensis iuuenes ad compita cantu
Saltidico/dulciq; diem certamine clausit.
Et iam tres hyemes abiere: & proximat æstas
Quarta: dies rapidis/siqua est bona/præterit horis.
Si qua placent abeunt inimica tenacius hærent.
Fauste viden? vicina pecus vineta subintrat. Fort.
Iam (ne forte graui mulcta taxemur) eundum est.

Causabar.

Stiua

Dentale

¶ Omnia causabar) Pergit q̊ occeperat docēs Faustū amorꝫ suorꝫ exitū optatis: videlicet nuptiis. Oīa causabar. i. excusabam seu accusabā. & inexcusationē intermissæ opere adducebā: ut ī mœri. Causando nr̄os in longū ducis amores: Stiua. i. manicā aratri qua regit. dentale. i. lignū ad qđ inducit vomer: ut di

Et Ser. ad illud. i. Geor. Duplici aptant dental a dorso. Rullam parte a ruendo dicta. Elare. i. domo soceri. s. futuri. quia despo satione facta. Non deera mihi. i. officio meo aut utilitati meae. Studia intermissa. s. tpe languoris: ut prius dixit. Gener est co iunx filiae: & dicit ad socerum & socrum correlatiue. Iam ceres. i. se ges aut frumentum. spicata. i. spcias habes. Lampyrides sunt pa piliones qda qui uitedulae & cicendulae dicunt: de qbus Sipon tinus sic. Cicendula a graecis lampyris dicta: qda noctiluca quia noctu luceat: alij nitedula vocat. No ante matura pabula post defecta cospicit nuc pena hiatu refulges: nuc copressu obum brata huius aialis stellantes volatus maturitatis hordei signu rusticis pbent mira benignitate naturę. Ab hac lichnus pensilis que vulgo lampade vocat. Cicedula appellat q nocte tota ser uat accensa. & lapyridos instar lucet. Martial de cicedula. An cillam tibi sors dedit lucernae. Totas q simul exigat tenebras. Scribit aut graecae .i. lampurus lampuridos: sed p u etia y scribi a nobis solet. Quia g ordei maturitate denotat: bn dicit. Iam cogitat hordea messor Splendidulis. &c. Dies ge nialis. i. q gignendis liberis i geniali thoro opa der. Ratis acta .i. res de q par sperabar optatu sortita e exitu. Gemia luce sol & taedar. Sub patula. i. semp patente. Oenophilus. i. vini ama tor. Oenophor aut vas magnu in q vinu affert. Iuue. Totu oenophor sitiens. Oenos em graecae dicit vinu. Hiac cho. i. baccho. hoc est vino solutus: soluit em curas. Vn lyeus a lyo. i. soluo dicit liber pater. Tonius a tonado dictus cator Cui tibia buxo: ex buxo em fere fiunt nuc phistulae olim ex ti bijs gruu: vn & tibiae dictae. Multicolore ventriculu. i. follicu lum que inflare solet varijs paniculis tectu: vulgo musam cor nuta vocat: eo quia ob curua fistula annexa habet. Buccas rube tes ex vino. Multoties satis humile aduerbiu: q idonei abstine re dicunt. Vtre. i. saccu illu ex corio. Pinguibus a mensis iuue nes ad copita. i. loca q plures petere solent: in qbus rustici core as & caeteros ludos exercent. cantu saltidico. i. saltandi forma dictante. Et pximat. i. proxime appropinquat: aut instat aestas quarta: quia aestate post messem duxerat. Dies rapidis. &c. Si qua. i. aliqua dies. i. tepestas e bona. i. laeta & pspera: pterit ho ris rapidis. i. velociter transeutibus. Id em videt laetis. Inimica tenacius haeret. generalis sentetia qua ad fine facit. Plura tn ut videt dicturus: sed a fortunato ad coertionem pe. oris auocat.

Rulla. Gener Lapyrides. Cicendula Patula Oenophilus Hiaccho. Lyeus Tonius. Tibia Ventriculu Vtrem. Compita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Viden. Vineta. Mulcta

Viden.i.videſne: pecus ſubintrat vineta.i.loca vitibus cõſita vicina.eundũ eſt.i.ire nos oportet ad cuſtodiã pecoris: ne taxemur.i.damnemur graui mulcta.i.pœna ꝓ delicto danda.

¶ Aegloga ſecunda: quæ dicit̃ Fortunatus de amoris inſania. Colloquutor et Fauſtus & Fortunatus.

C Vr tam ſerus ades? qd te iam ſeptĩa lux eſt. Fau.
Detinuit: gregibus ne nocent hæc paſcua veſtris?
Fauſte padus noſtros/qui præterlabit̃ agros Fort.
Creuerat: & tumidis ripas æquauerat undis.
Nos cura gregis omiſſa priuata coegit
Publicaq; utilitas ripam munire diurnis
Nocturniſq; operis/fluuiumq; arcere furentem
Fert padus exundans mala ſæpius omnia: noſter Fau.
Tityrus eſt autor/qui paſcua dixit & arua:
Forſitan id verũ/quando extra tempora/& ultra For.
Menſuram atq; modum ſubito concreuerit æſtu
Nunc ante in id poſcit tempus nam liquitur altis
Nix hyberna iugis/implent caua flumina montes.
Se exonerãt/fluuioſq; onerãt/ſic flumĩa rurſum For.
Se exonerant/pelaguſq; onerant.hoĩm quoq; mos eſt
Quæ nos cunq; premunt: alieno imponere tergo.

¶ Cur tã ſerus ades? In hac æglogа damnabit̃ amoris inſania: q̃ Amyntã paſtorẽ deperiſſe memorabit Fortu. Non eñ nomi cõgrueret: ut Fortunatus amores experiret̃ amaros. Amyntas aũt a Marone inducit̃ paſtor æmulus. Vñ dicit inuidit ſtultus Amyntas Amynticus aũt dicit̃ vindicatiuus. talis aũt ꝓximitas eſt ad furorẽ ꝙ inſaniã cũ cæptis deſiſtere cogit̃. Vtrũq; deduci videt̃ ab amynomæ qđ eſt ulciſcor: punio: repugno. Principiũ collocutiõis eſt de inundatiõe padi: quã Fauſtus excuſat: q̃ minus affuerit illis dieb⁹ cũ pecore. Cur tã ſerus.i.tardus.ſed utrũq; ſic accipio: ut ad tẽpus

Amyntas

Serus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

referat. Virg. Tardi venere subulci. Nam lentus: piger: oscitās etiā mane venire possis. Serus aūt vespe duntaxat etiā si celer & pceps. Iam semptīa lux: septimus dies. Prima tñ lux & primus dies differūt autore Valla: Nam prīa luce facio qđ in prima parte diei/ Primo die: qđ toto ipso die qui primus est. Gregibus ne nocet: q.d. minime: cū ager Mantuanus sit optimus. vñ Maro. Et qualē infœlix amisit mātua cantū. Padus fluuius maximus Italiæ: in quē iuxta mantuā incidit Mincius. Vñ de utroq3 dicit Maro in Tityro. Hic inter flūmina nota. Et fontes sacros frigus captabis opacū. Nostros gͣ agros. i. mantuanos. Nos cura gregis omissa aut obmissa: vulgatius Horatiū secuti deposito b: dicimus omissa: & omisi prīa breui. Nocturnisq3 operis. i. opationib⁹ aut oparijs. nā utrūq3 significat hæc opa Fert padus exundās mala sepius omina. i. portēta aut indicia futuræ calamitatis. Noster. i. nr̄as aut cōpatriota nr̄. Tityrus .i. maro. qui in prīo Buco. p Tityrū intelligit̄ est autor: in fine primi Georgi. post cædē cæsaris: quā tot mala secuta sunt: qa fluuioꝝ rex Eridanus: cāposq3 p oēs. Cū stabulis armēta tulit Idē em̄ est padus & eridanus ab eridano: seu phethōte filio sol̄ qui in eo submersus dr̄ denoīatus. Idē dicit Hora. i. car. de tyberi. Vidimus flauū tyberim retortis Littore hetrusco violenter undis. Ire deiectū monumēta regis. Templaq3 vestę. Qui pascua dixit & arua. i. Bucolica & Geor. Prudenter æneida tacet. Vt cuius lectio ad rusticū nō spectat. Hora. aūt in sermonibus reticet qa tūc nondū erat emissa. Forsitā: bñ forsitā ne portentis fidē priscoꝝ adhibere censeat̄: q̄ vero tēpestiue fiūt nihil portēdere vident̄ pter se. Nam liquit̄. i. liquescit & defluit. Virgili. geor. i. Vere nouo gelidus canis quū mōtibus humor. Liquit̄. Montes noīatiuus ē: qa mōtes īplent caua flumīa. i. alueos fluminū. Se exonerāt videlicet mōtes: & onerāt flumīa: flumina rursus onus suū in mare demittūt: nā oīa flumīa intrāt mare: & mare nō redundat. Vñ rustice dixit: Pelagusq3 onerāt Quæ nos cunq3 tmesis. i. incisio est p quecunq3 nos. Dicit aūt tmesis nō temesis. alieno īponere tergo. Vñ de phariseis saluator Matthei. xxiij. Alligāt aūt onera gͣuia & īportabilia: & imponūt in humeros hoīm: digito aūt suo nolunt ea mouere.

Prima lux
Primus dies
Padus
Omina
Noster.
Eridanus
Liquitur
Tmesis

Sed iam cōtractum reuocat suus alueus amnem. For.
Decrescente pado (dictu mirabile) noster Faust.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

F. Baptistæ Mantuani.

Fortunatelacus maioribus æstuat undis:
Vrbs natat: obscuræ fiunt cellaria fossæ.
Lyntre cados adeunt: labens ad vina minister
Ridet: & ex imis fertur grauis obba lacunis.
Multa: licet nati fuerint melioribus horis
Multa & magna ferunt aliquando incommoda ciues
Commoditas omnis sua fert incommoda secum Fort.
Et sorti appendix est illætabilis omni.
Hactenus eridanus: nostros repetamus amores: Fau.
Quandoquidem nunc alma venus mouet oĩa. cælum
Luce tepet nitida: tellus viret: arua volucres
Cantibus exhilarant vernis: nunc omnia fœtant.
Tu tua lusisti: sed nos aliena sequamur. Fortu.
Nanqꝫ tibi noti referam pastoris amores:
Vt doceam veneris nihil esse potentius igne:
Pauper & infesto sub sydere natus amyntas.
Sex vitulos totidemqꝫ pares ætate iuuencas
Armentiqꝫ patrem ducens in pascua taurum
Venerat ad coitum. nitidus ubi myncius undis.
Alluit herbosus fugiens perniciter agros.
Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris
Est coitus: campo moles fundata palustri.
Hic igitur recubans vitrei prope fluminis undam
Vitis ubi amplectens longis dumeta lacertis
In vada curuata ripæ supereminet umbra
Piscibus insidias tendebat arundine & hamo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Meſſis erat: ſolis rapidi violentia campos adustos
Sciderat arentes: finem philomena canendi
Fœcerat: & hic lux paſſim morientibus herbis
Paſcere oues poterat: neq; nox humore cicadas.
Dumq; incumbit aquis: ſtudioq; intendit inani:
Taurus ut auditum eſt: primum vexatus ab œſtro:
Mox canibus: demum furaci a milite ſyluis
Abditus: ex toto confeſtim euanuit agro

Tradidit affirmans nihil esse nocentius urbe.
Se quoq̃ꝫ furari didicisse aiebat ab urbe.
Sunt etiam qui parta ab auis patrimonia fundunt
In meretricum usus. quid foedius improbiusq̃ꝫ?
Dic ubi mechanda ars / homicidia / seditiones?
Nonne inter ciues atq̃ꝫ intra moenia regnant?
Qui reges qui regna hominum per vulnera querunt
In mortemq̃ꝫ suos adigunt? quid pectora miles

Obijciens telis: per mille pericula vadens:
Pro stipe dat vitam: nulla est insania maior.
Gloria prefertur vitæ. quid gloria: quid laus:
Quid fama est: quid honor: voces & opinio vulgi.
Omnia longa dies abolet: cum viuere cessas:
Omnia sic abeunt: ut lux cum sole recedit.
Qui mare sollicitant remis: cum viuere possint
In patria: stulti. vento qui credit & vndis:
Stultus. diuitiæ: cui sunt: & negligit uti
Stultus. qui ut natis cumulet patrimonia: partis
Abstinet: & genium fraudat stultissimus: & qui
Quæ facere ipse potest: natis faciunda relinquit.

Artocopus

¶ Vnde urbanarum. Bona iterrogatio: ut decorum seruet̃ & verisimilis narratio. Artocopũ ut videt̃ accipit ꝓ panifice: seu (ut dicũt) pistore: qui græcæ dicit̃ .i. artopœos. quia dicit̃ panis: & facio. sed artocopos dicit̃ quasi labor panis. nã copos labor dicit̃: sed accipit̃ ꝓ laborãte. Iuuenal' aũt videt̃ accipere ꝓ pane: dicẽs satyra. v. Salua sit artocopi reuerẽtia. ubi tñ ꝓ pistore accipi posset: ut sic maneat discretio panis qualem artocopus fecerit. & ita obseruando eius iussum sit ei reuerẽtia. sed ad poetã nostrũ. ip̃e ut erat mores urbis doctissimus. Hoc exẽplo cõuincere possumus pticipia comparari. Nã si nomẽ sit doctissimus: nõ regeret accusatiuũ: q̃ circa ego quidẽ morum potius dicerẽ. Hic tñ versus docet mores legendũ: Neq; tñ omino in auditũ si suplatiua a pticipijs accusatiuũ regẽtibus deducta accusatiuũ regãt: cũ aduerbialia a prepositionibus orta id faciãt. ut ꝓxime hispaniã mauri sunt: inquit Salustius. Sunt q̃q;. Aliam affert urbanorum stulticiam qui patrimonia ab auis parta cũ meretricib' absumũt. Qui reges Docet & reges & cæteros bella ꝓ dominio aut inani gloria gerentes: urbes fere incolere: stipendiarios aũt qui inuocati noĩa sua dant etiã urbanos esse & maxĩe insanire: cũ ꝓ modica stipe periculũ vitæ subeant. qđ rustici nõnisi coacti faciunt ꝓ libertate patriæ & cõiuge ac liberis. Qui mare sollicitãt. Rursus ali

ud genus stultitiæ: qđ Persius q̄cq̃ ꝓsequit͛ eoꝝ: qui cū satis hā beant: nauigāt tñ cū periculo vitæ. Item stultus est diuitiæ cui sunt & negligit: ut auarus. Nam ut dicit Seneca. tā deest auaro qđ habet q̄ qđ nō habet. Vñ de sene auaro. Hora. Querit & inuentis miser abstinet & timet uti. Et in prīo ser. Congestis un diq̃ saccis Indormis inhians & tanq̃ ꝑcere sacris Cogeris aut pictis tanq̃ gaudere tabellis. Stultis qui ut natis cumulet. &c̄. quia sæpe male absumūt. vñ Persius. Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis. &c̄. Vide satyrā ultimā. ubi totū est hoc ar gumentū. Et genium. i. naturā. Est eñ genius deus naturæ & loci natiui. quē qui alimentū naturæ debitū subtrahunt defrau dare dicuntur. Terentius in Phormione. Suum defraudans ge nium. Quę facere ipse potest. quod per fabellam seu apologū de cassida pulchre recitat Gellius.

Auarus.

Genium.

Qui numerant stellas: & se comprendere fata
Posse putant stulti. verum dementior istis
Naturam quicunq̃ dei scrutatur: & audet
Figere in immensam lumen tam debile lucem
Nostra fides melior: cuius ratione coactus
Difficile assentit nudis nos omnia verbis
Credimus. & plures faculas accendimus aris.
Ciuibus est infida fides: inquirere nunq̃
Mente sinunt archana dei: si numina scire
Esset opus: poterant nobis se ostendere. verum
Quando latere volunt: quid vestigare necesse est:
Quæ nos scire negant ipsi qui cuncta gubernant:
Nostra etiam pietas pietate potentior urbis:
Namq̃ viri qui sacra canunt: templisq̃ ministrant
Quanta legunt ruri paucis alimenta diebus:
Vidi ego quesitas ex rure in mœnia plenis
Puppibus inferri (pietas ea rustica) fruges

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Stultorum eſt aliud genus immedicabile quoddam
Cauſidici latratores/rabulæqꝫ forenſes
Nummorum aucupium docti: legumqꝫ tyranni
Aere patrocinium vendunt: producere cauſas
Et lites pendere diu/vindemia quædam eſt.
Sunt & equeſtre genus medici: qui tangere venas
Nonnunqꝫ illicitas audent: & ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis.
His & ſi tenebras palpant: eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros: hominesqꝫ impune necandi.
Qui vero in populis preſunt homineſqꝫ gubernant
Quo plus iuris habent: quantoqꝫ licentia maior
Inſanire ſolent tanto amplius: o ubi ſancti
Rectores/& iuſticiæ & pietatis amici
Quos patres ſero ante focum memorare ſolebant:
Omnia nunc abeunt peſſum. ſpoliata queruntur
Templa/gemunt inopes/ viduæ lachrymãtur & huius
Quænam cauſa mali: quia ſtat pro lege libido.

¶ Qui numerãt ſtellas: ut aſtronomi. & ſe cõprendere fata: ut
Aſtronomi — aſtrologi: genetliaci & mathematici. Naturã quicũqꝫ dei ſcru/
tatur. Vñ ille Mitte archana dei. Et alius. Altiora te ne queſiue
ris. & utroqꝫ maior. Non nimis ſape; ſed ad ſobrietatẽ docens
Faculas — Noſtra. i. ruſticoꝝ ciuis ratione coactus. i. ratiõibus innitens:
Plures faculas. i. tedas & cæreos tortos. Mente ſinũt. i. deſinũt
Poterãt nobis ſe oſtendere. argumentũ quovero ſimile ſit de/
um nõ velle a nobis noſci: cũ ſe non prebeat noſcendũ. Quid
veſtigare. i. inquirere neceſſe eſt ea q̃ ipſi qui gubernãt cuncta
videlicet ſuperi negãt. i. ꝓhibent nos ſcire. q. d. nihil. Quando
aũt. i. quãdoquidẽ. Noſtra etiã pietas. i. (ut dicũt) charitatis ex
hibitio in elemoſinis erogandis. Legũt. i. colligũt. Stultoꝝ eſt
aliud: in pragmaticos & cauſidicos inuehit quaſi ſatyrice. Vñ

apte ꝑsonā cornicis assumpsit. Rabulæq; forenses.i.foꝝ iudici
ale seu causaꝝ sectantes. Rabula secundū festum dicit̄ multis in Rabula
tentus negocijs: paratusq; ad radendū quid aut auferendū. vel
quia est in negocijs agendis acrior quasi rabiosus. Scd'm Mar
cellum aūt rabula a rabie dictus est: quē nūc aduocatū vel cau
saꝝ patronū dicimus. Cice. Non em̄ declamatorē aliquē de lu
do aut rabulam de foro: sed doctissimū atq; pfectissimū queri
mus. Sunt g̊ rabulæ (ut iteꝝ Nonius attestat̄) litigiosi. Aucupi Aucupium
um.i.captionē ab auibus capiendis. Comicus. Hoc nouū est
aucupiū. Legūq; tyranni. quia summū ius summa malicia est.
Aere patrociniū vendunt &c̄. enumerat causidicoꝝ vitia. Vin Vindemia
demia quedam.i. lucrū: ut in vindemia q̄ est vini collectio. ut
messis frugū. Sunt & equestre genus medici: & hoc quoq; saty
rice. equestres sunt quia mulis fere vehunt̄ medici. venas illici
tas ad fœmora mulierū. Noīa temeraria.i.rebus nō couenien
tia: q̄ fingūt ne ignari deprehendant̄. Et si tenebras palpāt.i.cae
ci & ignari sunt. est facta potestas a legibus q̄ medicis ꝑmittūt
ut curēt interficere. Qui vero populis presunt: in primores &
optimates ac magistratus inuehit̄. Insanire solent tanto ampli
us: cū tamē vel leue in alijs scelus in illis maximū sit. Vñ Iuue.
Omne animi vitiū tanto cospectius in se Crimen habet: quāto
qui peccat maior habetur. Abeunt pessum.i.pessundant̄ & pe Pessum
reunt: spoliata querunt̄.i.conqueruntur templa.

Ista tua o cornix excandescentia fines Fuli.
Transit honestatis: scelus omnibus obijcis omne.
Innocuos habitare homines & in urbe memento.
Non habitant colubri quedam balearibus arua Cor.
Proxima: non memini nomen/ neq; noctua cretam.
Nec nemus ægerie sonipes/ nec vir bonus urbem.
Vir bonus est animal rarum/ paucasq; per urbes Fu.
Et per rura locos habet: est rarissima virtus
Insanis fulica insanis: tot in urbibus hostes Cor.
Sunt tibi quot ciues. hi nos tondentq; pilantq;
Non habita nostri capitis ratione: coartant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Nos ad furta ipſi/mox ad ſuſpendia mittunt.
Fas igitur ſi quid noſtris ſeſe vnguibus offert
Radere. & inſidijs ac noſtra indagine captos
Deplumare leui tactu: ſenſim & pedepreſſim
Si videt/excuſa. ſi ſunt ſecreta negato
Furta. quod occultum eſt non eſt iniuria furtum.
Quicquid habent noſter labor eſt: induſtria noſtra eſt.

Fines. ¶ Iſta tua o cornix excandeſcentia. i. vehemēs ira. fines. i. limi
Baleares. tes. Tranſit honeſtatis Baleares inſulæ ſunt in hiſpania a græ/
Ballo. cis dictæ a fundarꝝ iactu. nā ballo ſignificat iacio. Tollitur aūt
Ballearicos nūc l. Ballearicos aūt cōtra glires a ſenatu auxiliū petiſſe cōſtat
cū in qbuſdā aruis vicinis nō poſſint viuere ſerpētes. Ea aūt ar
Eboſus ua ſunt in eboſo: q̃ eſt inſula inter ophiuſam & pytiuſam. Ebo
ſi em̄ terra ſerpētes fugat omniū venenoſorꝝ animaliū expers
eadē cuniculos gignit populantes meſſes baleariū. Dicit aūt ſe
nois imemorē ut decorꝝ ſeruet. nā non cōgruit ruſtico longin
quarꝝ inſularꝝ noia ſcire: ſicut Maronianus ruſticus oblitus e/
rat nois geometræ dicens. In medio duo ſigna: conon: & quis
fuit alter Deſcripſit radio totū qui gētibus orbē. Neq; noctua
habitat cretā. cuius nomē nō ignorat: quia ſub ventorꝝ ditione
Noctua eſt. Noctua aūt q̃ in creta negat plurima athenis eſt uſq; adeo:
Athenas ut in ꝓuerbio ſit. .i. noctuam athenas aut in athe
nas. ſ. fert is qui merces eo ubi abūdant inutiliter tranſuehit: ac
Aegerie ſi aquas in mari vehat. Aegerie aut nemus eſt ubi numa pom
pilius ſecundus romanorꝝ Rex colloquiū cū ægeria nympha
Sonipes. uxore ſua de rebus religioſis habuit ubi ſonipes negat viuere.
Eſt aūt equus a ſono pedū dictus. Aenei. iiij. Stat ſonipes ac fre
na ferox ſpumantia mandit. Nec vir bonus urbē: ſup. habitat.
ſicut nec ablion ſeu britanniā maiorē lupus. Vir bonus eſt ani
mal rarū. Maro. Vir bonus & ſapiens qualem vix repperit ul
lum. Milibus e cunctis hoīm cōſultus apollo Iudex ipſe ſui. Iu
ue. Rari quippe boni &c̄. Habet. i. habitat: reſidet. Sunt tibi vi
Compilo. delicet ruſtico. pilantq;. Hora. cōpilo ſcd'a lōga poſuit. Ne me
criſpini ſcrinia lippi Cōpilaſſe putes: verbū nō amplius addā.
Eſt aūt notū gallis vocabulū. qd' ſi tractū eſt a pilus natura pri
mā corripit. Inde aūt tractum volunt ꝑ apologū æſopi: q̊ qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

duas uxores habuit: alterã iuuenculam q̃ canos decerpsit radi citus: alterã grandem natu q̃ ut sibi conformẽ haberet maritũ nigros capillos sustulit: caluus & depilatus mansit: atq̃ ita nudatus & priuatus intelligit suis. qđ efficere pilare est. Coartant .i. cõpellunt nos ad furta. quia exigũt qđ sine furto nos habere non posse sciunt. & mittunt mox ad suspendia. Potuit nosse candidus quẽ alij ex agro parmensi alij ex mantuano oriundũ dicunt. Nostris unguibus argute. quia cornices & fulice ungui bus diripiunt: sensim. i. parceptibiliter hoc est paulatim: & pedepressim. i. quasi presso pede sine strepitu. Deplumare: quia a ues id auibus faciũt. Si videt sup. quispiam furta. excusa dicẽs: videlicet te iocari voluisse. si sunt secreta. negato. furtũ qđ occultum est nõ est iniuria. quia quicq̃d habent. s. ciues est noster noster labor & industria nr̃a. Hæc aũt cornici potius q̃ bono pastori cõueniũt dicere. quia furta nulli licita sunt. nec sua sibi vendicare sine supioris auctoritate pmissum. Vñ dicit Fulica. Pedepssim

Iam longe egrederis metam rationis & æqui. Fuli.
O fulica improbitas urbana coinquinat orbem Cor.
Vnde tot in terras veniunt æstate procellæ:
Fulmina/ venti/ amnes/ grando: vidisse recordor
Tellurem tremere: ac postes & tecta labare:
Solem obscurari/ noctu obtenebrescere lunam.
Cur segeti lolium: messi dominantur auenæ:
Vua in capreolos transit/ caligine verni
Depereunt flores: mala parturit omnia nobis
Hæc ciuile nefas: pariet quoq̃ plura deinceps.
Vnde venit furor amorum: bellic̃ tumultus
Qui genus omne mali secum vehit: omnibus urbs est
Fons & origo malis: descendit ab urbe lycaon.
Deucalion pyrrha cum coniuge rusticus, ille
Intulit illuuiem terris: hic abstulit, ille
Abstulit humanum terris genus: intulit iste

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Si terra (ut perhibent) flammis abolebitur unq̃
Iſtud grande nefas ulla deſcendet ab urbe.
O cornix iam pone modum ſermonibus iſtis. Fulica
Audio iamdudum pueros de pulte loquentes.
Cætera, ſi quicq̃ ſupereſt poſt prandia dices.
Pulti indulgendum monet urbibus hora relictis.

¶ Iam longe egrederis metã ratiõis & æqui: quia urbanos de plumare ſi clam fore ſperet cõſulis. Coinquinat. i. cõtaminat. polluit orbẽ. i. uniuerſum mundũ. Vñ tot in terras: dicit oẽm tẽpeſtatẽ importunã: omnẽq; calamitatẽ ꝓpter urbanoꝝ ſcelera a deo demitti. Cur ſegeti. Virg. Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis: Infœlix loliũ & ſteriles dominant̃ auenæ. Lolium Eſt aũt loliũ de q̃ ſaluator. Nonne bonũ ſemen ſeminaui; vnde ğ habet zizania? Inimicus homo ſupſeminauit? Vua in capreolos. i. acidas quaſi chordulas q̃bus ſeſe vites palis & ramis alligant: q̃bus etiã veſci ſolent diuites. Caligine. i. aere nebuloſo & obſcuro atq; ita infecto. Parturit ꝓ parit. i. ꝓuocat ciuile nefas. i. nefandũ ciuiũ ſcelus. Deſcendit ab urbe lycaon: Lycaon. quã ob pfidiam Iupiter in lycon. i. lupũ transformauit. & oc- Lycon. caſione cuius ſceleris diluuiũ ſcd'm Oui. ſupinduxit. Deucalyon cũ pyrrha cõiuge. i. uxore: fuit ſup. ruſticus: quia in montibus theſſaliæ habitauit. ubi inter ſaxa degens ad ſe ꝓfugientes tp̃e particularis diluuij recepit. quocirca humanũ genus iactis poſt terga lapidibus ſeruaſſe fingunt̃. Ille. ſ. lycaon hoc eſt ſcelus eius. intulit illuuiem. i. inundationẽ aquaꝝ: hoc eſt diluuiũ terris. i. in terras. ut inferretq; deos latio. hic. ſ. Deucalion cum Pyrrha abſtulit. ſ. illuuiem. Ille. ſ. lycaon abſtulit genus humanũ terris. Iſte. ſ. Deucalion intulit. ſ. in terras genus humanum. qd' ſecundũ fabulas perierat: aut ſecundũ hiſtoriã illic perijſſet ſi nõ ſeruaſſet. Si terra ut phibent id dubitat ut ruſticus. aut ex æthnicis ſumptũ: q̃bus nõ eſt fides habẽda: niſi eadẽ in ſanctis q̊q; litteris habeant̃. Nos aũt credimus ignẽ conflagratiõis diem iudicij p̃ceſſuꝝ. ſed & Oui. aliq̃ñ mundũ igne periturũ aſſerit. Meta. primo. Eſſe q̊q; in fatis reminiſcit̃ affore tẽpus Quo mare: quo tellus: correptaq; regia cæli Ardeat & mũdi moles operoſa laboret. &c̃. Iſtud grande nefas. ſ. ꝓpter qd' mundus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

ardebit descendet ab ulla.i.a quauis una urbe & non ab agro:
O cornix iam pone modū.i.finē: sermonibus istis.s. tuis ipro
bis & cōtumeliosis. Audio iamdudū pueros.i. minores famu
los: aut liberos loquētes de pulte.i.instare horā prādij. Si quic
q̄ supest.i.reliquū est. Gellius docet supesse supra id qd' satis ē
esse. Hora.s.prandendi monet indulgendū.i.operā dandā esse
aut inuigilandum pulti.i.cibo illi rustico quo Romani diu vi/ Pulti
xerunt. Vrbibus.i.contumelijs de urbibus relictis.

¶ Aegloga. VII. quæ dicit̄ Pollux: de cōuersione
iuuenum ad religionē. Colloquutores. Alphus
& Galbula: cū iam autor ad religionē aspiraret.

G Albula q̄d sentis? pollux doctissimus olim. Al.
Fistulicen subito quodam quasi numine tactus
Destituit calamos/tunicas/armenta/sodales/
Bardocuculatus caput/ut campestris alauda
Quattuor ante dies in relligiosa recessit
Claustra. ferunt illum pecudes/dum solus in agris
Pasceret: effigiem quandam vidisse deorum:
Cætera: non memini: sed tu quid galbula sentis?

¶ Galbula. Si friuolū nō sit dicā nō sine ratiōe in hac septima
ægloga agi de cōuersione iuuenū. nā septenariū numerꝫ qui ex
prio impari & ꝓxime illum subsequente pari conficit̄ constat
habere nescio q̄d mysterij: nō solū in sanctis litteris sed etiā a/
pud poetas. vñ est illud. O terq̄ quaterq̄ beati. & Nam te iam
septia portat. Omibus errantē terris & fluctibus æstas. Dicūt
p̄terea septio q̄q̄ anno īmutari nobis ætatē ut primis septē an
nis simus infantes. ꝓximis pueri. tertijs adolescētes. quartis iu
uenes: qua ætate cōstituendū est nobis genus vitæ q̄s & quales
nos esse velimus & in q̄ genere vitæ. Bene g̊ (ut de cæteris æta
tibus q̄ pari ordine subsequunt̄ taceā) i hac septīa ægloga agit̄
de iuuenū ad religionē cōuersione. Vñ hactenus adolescentiā
suā (sic em̄ inscripsit opus) poeta cecinisse putet̄: deinceps cātu/
rus inuentā & virilem ætatē in duobus videlicet ultimis carmi
nibus q̄ in religiōe cōposuit. sed linquamus hęc argutioribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Fistulicen. Tibicen. Bardocucullatus.. Bardocucullus. Bardi.

Per pollucē hoc loco intelligo poetā. Fistulicen. i. canēs in fistula ut nr̄a ætate. sicut tibicen canēs tibia gruis ut olim factitabāt & nunc q̄q; nōnunq;. Quodā quasi numine tactus. quia spūs ubi vult spirat. Bardocucullatus caput. i. habēs caput bardocucullatū. Bardocullus vestis est gallica grossioris villi. facta cōpositione ex bardis: qui poetæ erāt gallicani: & cucullus. cucullus em̄ vestis grossior est capite tegendo apta. Bardi itē dicebant olim stulti apd' gallos ut possis accipere bardocucullum vestē fuisse gallicā stultorꝝ & viliū hoim. vn̄ Mar. in distichis Gallia santonico vestiri bardocucullo. Cercopithecorꝝ penula nuper erat.

Bardus.

Bardus ad hoc autore Festo stultus a tarditate ingenij appellat. græcæ aūt bardys dicit. Preterea (ut idem inquit) Bardus gallice cātor appellat: qui virorꝝ fortiū laudes canit a gente bardorꝝ. De qbus Lucanus. Plurima securi fudistis carmina bardi.

Bardum

Nonius autē dicit bardū esse ꝑpria vi & ingenio tardum. Nam græci bardos tardos dicebāt. Plautus in Persa, Nimis equidem ꝑ barda & ꝑ rustica reor habitā esse ex te. Ex his & alijs multis ut de alpibus patet gallicarꝝ q̄q; linguam immutatā esse. Nam multa nūc aliter q̄ olim dicebant a gallis dicunt. ut cāpestris. i. in cāpis versari solita alauda. i. auis cucullata & plumeam cristam habens.

Alauda

Effigiem quandā vidisse deorꝝ ut in ꝑcessu patebit. Videt aūt diuā virginē intelligere aut quę Herculi occurrisse a Cicerone memorat. de qua suo loco dicā Cætera nō memini. Id em̄ & rustico cōuenit: ut iam sæpe diximus: & æconomiæ atq; argumēto huius æglogæ. nā intendit narrando duo facere: colligere videlicet laudes pastorꝝ: & perfectionē religionis potissimū carmelitanæ quæ prima est.

Vt dixere patres faciens primordia rerum **Galbula**
(Magna canam / nobis quæ quondam tradidit vmber)
Instituit deus agricolas pecorisq; magistros.
Primus agri cultor / rudis / immansuetus & asper.
Qualis humus segnis / lapidosa / rebellis aratro.
Ast ouium primus pastor mitissima proles.
Instar ouis quæ bile caret: quæ lacte redundat:
Mitis erat: nullis unq̄ pastoribus asper.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

De grege ſæpe ſuo ſacrum ponebat ad aras.
Nunc oue nunc pingui vitula faciebat: & agno
Sæpius. & magno diuos ambibat honore.
Sic profecit apud ſuperos: ſic numina flexit:
Vt fuerit primo mundi naſcentis ab ortu
Tempus ad hoc cælo pecoris gratiſſima cura:
Aſſyrios quoſdam (ſed neſcio nomina/curæ
Diminuunt animum) deus ex paſtoribus olim
Conſtituit reges: qui poſtea murice & auro
Conſpicui gentes bello domuere ſuperbas.
Cum paris iliaca tria numina vidit in ida:
Aut paris aut alius: puerum qui obtruncat ad aram
Paſtor erat. quando cæleſti exterritus igne
Venit ad oſtentum pedibus per paſcua nudis:
Paſtor erat moſes: moſes a flumine tractus.
Exul apud graios amphriſia paſtor apollo
Rura peragrauit poſito deitatis honore
Cæleſtes animi chriſto ad præſepia nato.
In caulis cecinere deum paſtoribus ortum.
Et noua diuini partus miracula docti
Paſtores primi natum videre tonantem:
Et ſua paſtores infans regnator olympi.
Ante magos regeſq; dedit cunabula ſcire.
Se quoq; paſtorem deus appellauit: oueſq;
Mitibus ingeniis homines: & mentibus æquis.
Et ne vana putes hæc ſomnia: nuper ab urbe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Rus veniens: picto perlegi hæc omnia templo.
Sunt pecudes pictæ: parui sub matribus agni
In tellure cubant. ingens equitatus ab alto
Monte venit: radiant auro diadæmata diuum.
Et suspensa tenent vaga lumina prætereuntum
Non igitur mirum noster si numina pollux
Vidit: amant villas & oues & ouilia diui.
Simplicibus præsens deus est: offenditur astu:

¶ Vt dixere patres. Vt ꝓbet verosiℓe esse pastori numē visum altius ordiť laudes pastoꝝ. docetq̧ qđ verũ est Abelē primũ iustum fuisse pastorē: multosq̧ reges ut Abrahã dauid & simi les fuisse pastores. Christũ ad hoc se appellasse pastorē dicentē Ego sum pastor bonus. & recēs natũ primo a pastoribus agni tũ atq̧ visum. & multa id genus alia q̃ legendo patebũt. Vt di xere patres. Virg. Aurãti meminere senes. Rustici em̃ nõ ex li bris sed ex maioꝝ relatu hystorias sciunt. deus iaciens primor dia rerũ. i. in prima hoīm genesi. instituit agricolas: ut adam et primogenitũ Cayn. Pecorisq̧ magistros: ut abelem. quia autē dicendo primordia rerũ visus est altius ordiri bonã facit parē tesim dicēs. Magna canã nobis q̃ quondã tradidit umber. cui totã doctrinã suã ubiq̧ acceptã fert. Primus agricultor. s. caim ac ouiũ primus pastor. i. abel. Instat. i. in statũ & morē ac simi

Bile

litudinē: qđ Valla negat. quæ bile. i. colera amariciem anīo af ferēte. Sacrũ ponebat ad aras. Hystoria patet in pricipio gene

Facio.
Operor

seos. Vitulo faciebat. s. rē sacrã. Sed facio & operor ꝑ se posita de rebus sacris intelliguntٜ. Nec dices faciã vitulam: quia id tau ri est: sed vitula aut vitulo: subaudiendo rē diuinã. ut in Buco. Maro. Cũ faciã vitula ꝓ frugibus ipsę venito. Diuos ambibat . i. ambientiũ more venerabũdus adorabat. Sic. i. usq̧ adeo nu mina flexit: ut cura pecoris fuerit a prīo ortu mũdi nascentis. sup. usq̧ ad hoc. i. nostrũ tēpus g̃tissima. i. acceptissima cælo. i. cælestibus. Assyrios. ut abrahã: loth: iob: & cæteros patriarch

Paris
Hecuba.

as. Cũ paris alexander q̧ & paris pastor fuit. Nam cũ hecuba ipso g̃uida visa esset gestasse catellũ facē gestantē. qua tota tro ia incendebatٜ: idq̧ ad Priamũ retulisset: & ille ad somnioꝝ & phantasmatũ interp̃tes respõsum accepit filiũ gestare qui troię

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

cremandæ occaſionē daret: q̊circa pater quicq̄d pareret interfi
ci iuſſit: mater aūt nō interfecit: ſed exponēdū feris dedit. ubi a
paſtoribus inuentus ab illis educatus q̊ȝ in virū creuit: atq; ab
œnone nympha adamatus eſt: iudiciūq; inter tris deas dediſſe
ferť. Cū vero optimus eſſet athleta & cū Hectore cōgreſſus eū
viciſſet: ab eo īteremptus fuiſſet niſi frater agnitus tandē ꝓ He
lena ꝓmiſſa in græciā ꝓfectus fatalē attulit prædā. vn̄ Statius
in achi. Soluerat æbalio paſtor de littore claſſem Dardanus.
Paris g̊ aut alius quia de noīe ut ruſticus dubitat. cū vidit tria
numīa. ſ. Iunonē: palladē & venerē de p̄ſtantia formæ cōcertā
tes in ida. ſ. ſylua ſic dicta: iliaca. i. troiana. qđ addiť ad diſcre- Ida.
tionē: cretēſis erat paſtor. Puerꝝ q obtrūcat ad arā. ſ. abraā q id Iliaca.
facere voluit: erat paſtor. Paſtor erat moſes qn̄ cæleſti exterri-
tus igne. ſ. in rubro qui nō comburebať: venit ad oſtentum. i.
miraculū aliud portēdens: ut v̓ginitatē diuæ genitricis xp̄i. Pe
dib⁹ nudis: quia iuſſus eſt calceamēta exuere. Moſes inq; a flu Moſes
mine tractus. ſ. a filia pharaonis regis ægypti: cū eſſet in fiſcel-
la ſup aquas natās vn̄ nomē accepit. Apollo ſpoliatus diuini-
tate pauit admeti regis armēta nouē annos. vn̄ Nomius. i. pa Nomius
ſtoralis eſt dictus pauit aūt iuxta amphriſum fluuiū theſſaliæ.
Spoliatus dico diuinitate ꝓpter īterfectos cyclupas. Vn̄ in pri
cipio. iiij. Geor. dicit Virg. Et te memorāde canemus paſtor ab
amphriſo. Ideo hæc ſcđm Macro. li. i. ſaturna. finguntᷓ: quia a
pollo ipſe eſt ſol qui oīa paſcit. Deitatis latinius diceret diuini-
tatis. ſed carmē id nō accipit. Cæleſtes animi. i. ſpūs. vn̄. Qui
fecit angelos ſuos ſpūs. in caulis. i. ſeptis paſtorꝝ ubi faciebant
vigilias ſup gregem ſuū: ut Lucas p̄clare memorat. Ante ma- Caulis.
gos. i. ſapiētes perſarꝝ & indorꝝ. quia eadē nocte q̄ natus eſt cū
ipſis magis ad minimū decimotertio die primū viſus ſit. Dico
ad minimū: quia cōtrouerſia ē an eodē anno an alio. Ante ma
gos regeſq;. Vn̄ magos ꝓ regib⁹ accipimus ꝓpter illud Reges
tharſis &c̄. Se q̊q; paſtorē deus appellauit dicens. Ego ſum pa
ſtor bonus. Oueſq; addens. Agnoſco oues meas & cognoſcūt
me meæ. i. miti īgenio prediti hoīes. Picto ꝑlegi hæc oīa tēplo
. i. ī parietib⁹ phani. Vbi pictura eſt rudiū ſcriptura. & ideo di
cit ꝑlegi. Maro ī. vi. Qui ꝓtinus oēm ꝑlegeret. Magna em̄ eſt
cōuenientia pictoris et ſcriptoris. vn̄ eos Flaccus æquiparat di
cens pictorib⁹ atq; poetis. Quidlibet addendi ſꝑ fuit æqua po
teſtas. Sūt pecudes. ſ. paſtorꝝ qui xp̄m viſerūt. Ingēs equitatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

.ſ.triũ regũ. Diademata diuũ aut regũ aut angelorꝝ aut xp̃i & parentũ eius:hoc eſt matris veræ & patris legalis ac nutricij et naturalis a quibuſdam putati. Et ſuſpenſa tenent vaga lumina .i.oculos pretereuntũ.hoc eſt cogũt pręterire parãtes ĩmorari donec picturã pſpexerint.amãt vilias.i.domos ruſticas.& oues & ouilia. Simplicibus deus pñs eſt:id ſancte & mortaliter.

Vera refers:pecori ſic ſint innoxia noſtro — Alph.
Paſcua:vidi aſinum:vidi præſepe bouemq́.
Iam memini turbæ venientis:& ora videre
Indica iam videor regum ſua dona ferentum
Vnum oro.quænam polluci occurrit imago:
Galbula ſi noſti:ne ſit labor omnia fari.
Et noui.& memorare libet.res digna relatu: — Gal.
Res digna auditu/pia/ſancta/imitabile factum:
Durus & immitis pater.atq́ ſuperba nouerca
Pollucem grauiore iugo preſſere iuuentæ
Tempore:cum dulces animos noua ſuggerat ætas
Et cum iam inualidæ longo ſub pondere vires
Deficerent:nullaq́ odium manſueſceret arte.
Conſtituit tentare fugam.res una volentem.
Ire diu tenuit nimis impatienter amabat.
Error enim communis amor iuuenilibus annis
Res eſt fortis amor:violentia fortior:iuit.
Et tales abiens (mihi nanq́ ſolebat amores
Enarrare ſuos) mœſto dedit ore querelas.
O virgo lachrymæ ne tuis ſoluentur ocellis:
Cum te iam charo cernes ab amante relictam?
Vlla ne diſceſſu duces ſuſpiria noſtro?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Tu ne mei crudelis eris forte immemor unq̃
Vſq; adeo ne tuum poterit frigeſcere pectus:
Pectus quod totiens tot lumina fletibus implet:
Tu ne trahes crebros gemitus: & pallida fies:
Cerno oculos: cerno lachrymas: cerno anxia corda
Virginis, heu tantum qua diſſimulare dolorem
Fas erit arte: dolor duplex mea pectora torquet
Illius atq; meus, ſed fas mihi flere, quod illi
Non licet, occultus longe magis æſtuat ignis,
Incolumem mihi vos diui ſeruabitis illam,
Vt quando exilio repetam mea rura peracto
Fiat amor fœlix ſaltem ſemel ante ſenectam.

¶ Vera refers. Approbat alphus. vidi aſinũ & bouẽ & pſepe .ſ. dñi: qui in eo ante aſinũ & bouẽ eſt poſitus. Vidi ĩquit de pictura intelligẽs. Iam memini turbæ venientis .i. in mentẽ venit & ego videor mihi nũc videre ora indica .i. indorũ regũ ab india venientiũ. & videor videre ora regũ ferentũ .i. offerentiũ: dona .ſ. aurũ thus & myrrhã. Et noui & memorare libet. quia res digna relatu .i. ut referat̃ & recenſeat̃. & factũ .ſ. pollucis eſt imitabile. Durus & ĩmitis pater. Virg. Eſt mihi nãq; domi pater: eſt iniuſta nouerca. Videt̃ autẽ hæc vera vitæ ipſius poetæ deſcriptio. Grauiore iugo. quia nimis rigidi & ſeueri erãt: ut in prima æglogã docuimus. Et cũ inualidæ. Eſt em̃ ea ætas imbecillis & inops conſilij. Nullaq; odiũ .ſ. parentũ. arte .ſ. filij. Cõſtituit tentare fugã .i. diſcedere clam a parẽtibus tã duris. Error em̃ cõmunis Vñ prius. ſemel inſaniuimus oẽs. Res eſt fortis amor. violentia fortior. ſed ſup. violentia eſt fortior. O virgo quæruloſa diſceſſio ab amica. crudelis q̃ amantẽ nõ redames. Maro. O crudelis alexi: nihil mea carmĩa curas. &c̃. qđ lumĩa legendũ videt̃ tot: ut ſit. pectus inquã qđ implet totiens lumĩa tot fletibꝰ. Dolor duplex illius atq; meus. illius .ſ. virginis quã occulto æſtuantẽ putat amore: & ſe qui manifeſto abſumit igne. Exilio peracto: quia in exiliũ voluntariũ ut patris ſeuitiam

M

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

et nouercale odiũ deuitet abscedere destinauit. Fiat amor fœlix ut potiatur amica: saltem semel: id amatorie & modeste.

Talia pergebat memorans: voluitq; reuerti
Tantus amor iuuenem vis tanta furoris agebat:
Sed iam iacta fuga cunctis erat alea nota.
Fronde sub herculea fessus mœrore sedebat.
Ecce puellari virgo stipata corona
Ora/manus/oculos/habitumq; simillima nymphæ.
Et talia affata est puerum sermone dolentem.
Chare puer quo tendis iter: vestigia verte.
Nescis heu nescis quo te via ducat: & audes
Ignotis errare locis: nihil insidiarum
Per campos ratus herbosos: nihil esse pericli.
Omnia tuta putas: & quod placet utile credis
Moræ iuuentutis stolidæ, collectus in orbem.
Sæpe latet molli coluber sub graminis umbra.
Est facile incautos offendere: paruulus infans
Innocuos rutilum digitos extendit in ignem:
Nec nisi iam læsus vires intelligit ignis.
Hæc regio intrantes aditu consueuit amœno
Fallere: delicias offert & gaudia. verum
Ingressis cum triste nihil superesse putatur:
Mille parat laqueos: & mille pericula profert.
Trames hic ut collem gressu superaueris illum:
Ducit in umbrosam syluam crudele ferarum
Hospitium/loca tetra/situ & caligine opaca
Quisquis eo deceptus abit: remeare vetatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Et piceis primum velatur lumina vittis:
Deinde per omne nemus dumeta per aſpera tractus
Tranſit in effigiem monſtri: dum voluere linguam
Atqꝫ loqui tentat/ mugit. dum attollere ſeſe
Credit: humi graditur quadrupes: neqꝫ ſuſcipit aſtra.
Ima tenebroſæ vallis lacus æquore nigro
Occupat: & nigris mons plurimus imminet undis.
Huc tracti in ſtygios latices altumqꝫ baratrum
Præcipites dantur. rapidaqꝫ voragine merſi
In ſtyga & æternas erebi rapiuntur in umbras.
Heu quot paſtores iſtis ambagibus acti
Cum gregibus periere ſuis. ego ſedula ſemper
Monſtro iter. hic ad opem vigilo indefeſſa ferendam.

¶ Talia pergebat memorãs. Cõmemorat q̃ virgo viſa ſit pol luci cũ iam fugã facere decreuerat. Eam aũt. qa in carmelũ ire ſuadet: & virginũ coronã ſecũ duxit: nõ inepte putaueris diuã virginẽ mariã. cuius ꝓtectiõe & nomie inſignit nũc carmelica religio quã auctor noſter ꝓfeſſus eſt. Quinadeo ægloga. viij id manifeſte docet. Alludit tñ ad eã q̃ herculi apparuiſſe dicit̃. (vñ dicit apparuiſſe iacenti frõde ſub herculea) reſpicit q̊qꝫ ad biuiũ pythagoricæ litteræ: de q̃ in opuſculo maroniano abunde diximus. Vt vero ſciamus q̃ herculi apparuerit: audiamus Cice. prio offi. ita diſſerentẽ. In primis cõſtituendũ eſt q̊s nos & quales eſſe velimus: et in q̊ genere vitæ: q̃ deliberatio eſt omniũ difficillima. Ineũte animi adoleſcẽtia: cui ineſt maxie imbecillitas conſilij: tũc id ſibi quiſqꝫ genus ætatis degendæ cõſtituit qđ maxime adamauit. Itaqꝫ ante implicat̃ aliq̊ certo genere curſuqꝫ viuendi q̃ potuit qđ optimũ eſſet iudicare. Namqꝫ herculem. Prodicus dicit (ut eſt apđ Xenophontem) cũ primum pubeſceret: qđ tempus a natura ad deligendum (quã quiſqꝫ viam viuendi ſit ingreſſurus) dictum eſt: exiſſe in ſolitudinem atqꝫ ibi ſedentem diu ſecum multũqꝫ dubitaſſe: cum duas cerneret vias: vnã voluptatis: alterã virtutis: utrã ingredi melius eſſet

Vitæ genus cõſtituendũ

Viæ herculi oſtenſæ.

hoc herculi iouis satu edito potuit fortasse cõtingere: nobis nõ idem. &c̃. Hæc Cice. Aiunt aũt inter dubitandũ duas accessisse matronas virtutẽ & voluptatẽ. Quarũ voluptas prior ingressa: accuratissime erat ornata & oẽs delicias post se trahebat: respectans aliqñ cũ fastu: quæ oĩa ostentans & multa etiã plura pollicens secũ trahere herculem tẽtauit. At virtus aspera & dura sæuereq; intuens cõtra. Non polliceor inquit aliquã voluptatẽ aut quietẽ: sed laborẽ: pericula: sudores infinitos terra mariq; tolerandos: sed horũ premiũ erit te deũ fieri. Quod audiens hercules grauibus verbis voluptatẽ repellens: virtutẽ secutus est. cuius (ut inquit Maro) primus ingressus difficilis videt̃. nã via virtutis dextrũ petit ardua callem: Difficilemq; aditũ primũ spectantibus offert. Sed requiẽ prebet fessis in vertice summo. sed ad auctorẽ. Voluitq; reuerti. s. ad virginẽ quã cõstituerat deferere: quia nihil incõstantius amãte. Sed iam alea erat iacta. i. iam pfricuerat frontẽ. hoc est herculũ diffamiæ nõ amplius timuerat. & ita erat extra aleam. p quã significat̃ oĩs incertus euentus & om̃e periculũ: ut alea belli &c̃. Erat aũt iacta fuga. i. p fugã quã parauerat nota cunctis. i. oẽs sciebãt q fugere constituerat: & hoc anĩo. sedebat fessus mœrore amore languens & mœrore cõfectus: sub frõde herculea. i. sub populo: q̃ plurima crescit in ripis padi. vñ Oui. Populiferq; padus &c̃. Ea aũt arbor dicat̃ herculi. vñ in Buco. Popl's alcidæ gtissima. qa eius frõde coronat⁹ ad inferos descẽdit ac rediit. Significat aũt ṽtutẽ q̃ intrĩsecus viret & extrĩsecus pallet: ut ipsa frõs populea. Ora manus &c̃. sinecdoche ẽ. ut æneí. iiii. Oĩa mercurio similis: voceq; coloreq;. &c̃. Per cãpos herbosos. i. virides: & ita adolescentiã notat. Sæpe latet Maro. Frigidus o pueri fugite hinc: latet anguis in herba. Paruulus infans. Alludit ad mosen qui relicto auro carbonẽ ardentẽ in os suũ intulit q̃ se innocentẽ adhuc declarauit. Aditu. i. introitu amœno delectabili et voluptuoso. Trames hic. s. tã amœnus: Pronomẽ hic anceps est: vñ hoc loco corripit̃. aduerbiũ aũt semp pduci vult. Crudele hospitiũ appositorie. sicut Aenei. vi. Itur in antiquã syluã stabula alta ferarũ. Situ. i. mucore & lanugie ĩmunda. Remeare vetat̃. Maro. Facil' descẽsus auerno Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradũ supasq; euadere ad auras Hoc opus hic labor est: pauci quos æquus amauit Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera virtus Diis geniti: potuere. Piceis vittis

Matronæ herculi visæ

Alea.

Populus

Aditu.

Eclog. vii

Sexto Eneidos

.i.caligĩe ignorãtiæ & desperationis.velat̃ lumĩa.i. habet ocu los velatos. Est em̃ græca locutio. Vittis.i. fasciis q̄bus ligari solent decollandoꝝ ocl'i. Transit.i.trãsformat̃ in effigiẽ mon stri: docet q̄d Metamorphoses poetaꝝ sibi volũt.q̄bus Vlixis socij in feras & pecudes versi fingunt̃.quia hõ voluptati dedi tus fit bestialis. Anĩalis aũt homo nõ ꝑcipit ea q̃ sunt spiritus dei. Vnde neq; suscipit.i.sursum inspicit astra.ut illic. Attenua ti sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Ima occupat.i.semꝑ versat̃ in limo carnaliũ desirioꝝ. Mons plurimus.i. difficul tates & pericula q̃ sunt in luxuriosa vita. Latices stygias.i.ob scœnas aquas tristiciæ infernalis. Altumq;.i.ꝓfundũ:baratrũ .i.voraginẽ. In styga.i.lacũ infernalem a tristicia dictũ. Decli nat̃ aũt hæc styx: huius stygos: vñ hãc styga accusatiuus. Ere bus fere a doctis sine h scribit̃. diciturq; lacus obscurus. Nam erebẽnos obscurus dr̃. Ego.s.virtus aut bona inspiratio. Inde fessa.i.indefatigabilis. Multa p̄tereo: q̄a nota sunt etiã pueris.

Vittis. Stygias Baratrum Styx Erebus.

Tolle moras igitur: mortis fuge blanda propinquæ
Atria. secreti tutam pete littoris oram
Qua contra idalios fluctus mihi tollit in altum
Aera carmelus viridi caput arbore cinctum
Primus hic antiquis patribus spelæa domosq;
Præbuit arboreas: intra nemus ilice densum.
Ex hoc in vestros deducta cacumine montes
Relligio venit/sicut de fonte perenni
Flumina: & ex uno multi genitore nepotes.
Illius in syluis abies ubi plurima surgit:
Pinguis ubi piceæ sudat liber: & terebinthi:
Innocuum postq; fœliciter ægeris æuum:
Mox tua mutatis ætas reuoluitur annis.
In loca te tollam meliora: virentia semper.
Immortalis eris diuum comes: ire per astra
Inter hamadriades & oræadas atq; napæas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Flore coronatas caput: & redolentibus herbis
Fas erit. ac super & subter cognoscere cælos.

Tolle moras. Prosequit verba virginis q̃ polluci apparuit. Blanda atria mortis ꝓpinquæ. quia ducũt in bonis dies suos: & in puncto descendũt ad inferna. Et alibi. Stulte hac nocte rapient animã tuã. Tutã orã. s. mõtis carmeli: qui cõtra idalios lucos. i. cypron portendit. Mihi aũt diue virgini aut sancte inspirationi. Nam oĩs religiosa ꝓfessio heliã & heliseũ cæterosq; filios ꝓphetarꝝ habet auctores etiã hieronymo censore. Hic. s. carmelus prebuit primus antiquis patribꝰ. s. iam dictis. spælea. i. speluncas & domos arboreas. i. sub arboribus. intra nemus densum ilice. i. in nemore ilicibus pleno. Vñ dixit caput eius cinctum viridi arbore. Relligio venit deducta ex hoc cacumine. i. ex hoc vertice carmeli in vestros mõtes: qui. s. in europa sunt. Nam duce diuo Ludouico primum in galliã translati sunt. sicut flumĩa sup. deducunt de fonte perenni. i. per totũ annũ. et ita ppetuũ fluente. Flumina em̃ fere in mõtibus fontẽ habent ꝓ capite. Illius in syluis. Ordo est. Postq; ægeris fœliciter æuũ innocuũ: in syluis illius. s. carmeli. ubi. i. in quibus surgit pluria abies & liber. i. cortex interior piceæ. s. arboris pinguis quia picẽ exudat: & liber terebinthi sudat. s. resinã & picẽ. Allegoricos vult illic trãquillam & sine pœnuria esse vitã. quia qui oĩa derelinquũt xp̃m sequẽtes centuplum recipiũt: & vitã æternã possidebũt. Mutatis annis. s. in æternitatẽ qui erãt transitorij. Ire p astra ĩter hamadryades. i. nymphas arborꝝ: & oreadas. i. nymphas montiũ: & napæas. i. nymphas florꝝ. i. inter cœtus virginũ: fas erit. quia & ipse virgo. Hi sunt qui sequunt agnũ quocũq; ierit. & c̃. Ac sup & subter: quia in medio erit.

Liber.

Hamadryadas
Oreadas
Napæas

Sic effata leues virgo discessit in auras.
Tum sua iurauit pollux mutata repente
Pectora & extemplo victum expirasse furorem
Non aliter q; flamma cadet: si ardentibus agris
Effluat: & totas præceps padus euomat undas.
Sic abijt crudelis amor: qui sæpe pharetram
In iuuenem dum principijs obstaret amandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Dum tepet: ac timide insanit: consumpserat omnem
Sic igitur pollux in claustra silentia venit.
Sunt quibus aspirent etiam nolentibus ultro: Alph.
Sunt quibus infensi sine causa & crimine dij sint
Quod nos in pecudes: in nos id iuris habent dij. Gal.
Hoc rus scire sat est: sapiant sublimius urbes
Sic docuit rediens aliquando ex urbe sacerdos
Ianus: & in magno dixit sibi codice lectum.
Sol cadit: & baldi vix summa cacumina tangit Alph.
Nos quoq iam sero cum sole recedere tempus.
Galbula sarcinulas ne sit tibi ferre molestum.
Pæra leuis: leuis est & cantharus: omnia paruus
Ferre labor sero: graue mane sed utile pondus.
Ipse pecus ducam. mihi pars erit ista laboris.

¶ Sic effata. Bene effata: qa sic dicunt oracla. Virgo aut ℣tus: aut diua ℣go. discessit in leues auras. i. euanuit. Tū sua iurauit pollux. Ideo iurauit: qa difficile creditu: Sic de diuo thomæ aquinati cōtigisse dicūt: q accinctus lumbos postea venereū ardorē nō sensit. Et extēplo. i. ilico e vestigio. tractū ab auguribꝰ volūt q designato tēplo dicebāt extēplo q̊ dicto subito abscesserant. Extemplo. Furorē. s. amoris. Non aliter. i. ut aq̄ extinguit ignē. Qui consumpserat in iuuenē oēm pharetrā. i. oēs vires suas. dū principijs obstaret. i. obstare vellet aut deberet. iuxta illud. Pricipijs obsta. &c̄. Dū tepet. i. dū animus ī dubio ē facili momēto huc aut illuc īpellit̄. ac timide insanit. i. adhuc cū timore & pudore et nondū cōsentit in illecrbras. Sic igit̄ pollux ī claustra silentia venit: ubi īpeditā habet venā ne libere canat. Sūt qbus aspirēt: quia spūs ubi vult spirat. Sunt qbus infensi sine causa & crimine dij sunt. Id īpie nisi rustice. quia cōsilia dei sæpe occulta sunt nunq̧ aūt iniusta. Vident̄ aūt dij infensi bonis & insontibꝰ qn̄ maxime amici sunt. hoc est qn̄ eis tribulationē ut meliores euadant demittūt. Nam virtus in infirmitate pficit̄. Quia g̊ rustici id non animaduertunt: videntes bonos affligi dicunt deū eis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

insensum cū minime sit. Verumtamen si sit nō tamen iniustus sit: quia nō habet prescriptā legē. Vñ dicit galbula. Quod nos in pecudes. Ordo est: dñi habēt id iuris in nos. qd' nos sup. habemus in pecudes. Hoc nos scire sat est. i. rusticos. sapiant sublimius urbes. i. urbani. Sic docuit rediens. i. veniens. cū illic habitent fere predicatores. & Ianus dixit sibi lectum in magno codice. s. decretorum aut in biblia. Sol cadit. Pro more suo finem parat æglogæ docēs discedendi tēpus. Galbula sarcinulas. Ordo est. O galbula ne sit tibi grave. i. molestum. ferre. i. auferre & colligere: sarcinulas. i. paruas rerum pastoraliū sarcinas. Pera. s. nostra: in q̄ panis & cætera edulia ferri solent: est leuis. Vñ dicunt æsopū cū aliis accinctum ad iter libenter subiisse reticulum panis: licet pōderosius esset. quia nouit in itinere īminutū iri. Cantharus est poculum q̄ silenus uti dicit̄ in Buc. Virg. Et grauis attrita pendebat cātharus ansa. Cantharus ergo leuis: quia exhaustus. Paruus labor est ferre oīa. s. potus & cibi repositoria: sero. i. vesperi. & graue pondus: sed utile est ea omia ferre mane. Ipse. i. ego ducam pecus. i. gregem nostrum.

Sarcinulas.

Cantharus.

Aegloga. VIII. q̄ dicit̄ Religio: de rusticorum religione: Colloquutores Candidus & Alphus.

Horrida solstitio tellus sitit alphe reuerso — Can.
Ad solitos montes: ubi ros in gramine: & æstas
Mitior/hæc armenta monet deducere tempus.
Aereos montes & summa cacumina longe — Alph.
Prospicio: quid sint montes (tibi vera fatebor)
Nescio. semper enim campestria rura lacusq;
Incolui. montanus ager qua fruge redundat?
O rude & illepidū ingeniū. ppe flumina semp. — Can.
Versatus fulicæ in morem/limosa per arua
Sunt ubi ranarum/culicum/pulicum/cimicumq;
Lustra/inter salices/vluas/viridesq; papyros/
Irridere audes: & nauci pendere montes

Vnde fluunt amnes: templis ubi templa locandis
Marmora caeduntur: fulgens ubi nascitur aurum:
Quae parit antemnas tellus: medicamen ab herbis
Dic quibus est nisi montanis / de vertice baldi
Saepe melampodion legi: medicina capellis
Nulla magis presens. quondam valsasinus aegon
Tradidit hoc: dum vere sues castraret & agnos.
Tradidit & dixit solus medicamen habeto.
Dic ubi castaneae plures: ubi copia maior
Glandis: in excelsis fontes & pascua vidi
Montibus. artocreas & pingue polenta comedi.
Sunt populi fortes illic: robusta iuuentus:
Lata pedes: callosa humeros: vernosa lacertos:
Hispida: dura manus: moli indefessa ferendae

¶ Horrida solstitio tellus sit. In hac aegloga q̃ inscribit̃ de reli
gione pastorꝝ habent̃ prio laudes montiũ quas Candidus na
ctus occasionẽ ex calore solstitiali q̊ urgente mõtes petere sua/
det. accumulat. nõ imemor si recte censeo carmeli sui. quẽ inco
lere iam tũ anĩo constituerat. & cuius laudes ꝓsequi intendit.
Solstitio. scilicet aestiuali: non brumali. Est em̃ duplex. alterꝝ q̊ Solstitia.
sol stare dicit̃ ꝙ altius assurgere in epiciclo suo nequit. alterum duo
quia ꝓfundius descendere nõ potest. ut ĩ bruma. Ad solitos. i.
candido & gregi eius. nã alphus mõtes ignorat. Ordo est. tem
pus monet deducere (dicerẽ deducere aut ꝓducere: nã deduce/ Deducere.
re in altũ inusitatũ est) haec armenta ad mõtes solitos ubi ros ẽ
in gramĩe: & aestas mitior. i. tẽperatior aestus. quia in summis
mõtibus tpe aestiuo frigus opacũ est. Montanus ager q̃ fruge
redundat. Ex hac quaestione nanciscit̃ occasionẽ montiũ descri
bendoꝝ. O rude ingeniũ versatus: cõstructio ad rẽ respiciẽs nõ
ad vocẽ sicut apd' comicũ: scelus q me ꝑdidit. publicũ: primã
cõem habet haec vox. cimicũ: cimices sunt vermes foetidi parie Cimes
tibus & lecticis inherentes: & ubicũꝗ vapor est aquaꝝ frequẽ
tes: ut culices: pulices muscae & id genus bestiolae. Lustra poti Lustra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Vlua. ūs ferarꝫ ſunt. Inter ſalices q̃ in locis humidis naſcunt̃. Vluas. i.
Papyros herbas paluſtres. & papyros. i. arundines: q̃ in ægypto tantæ
naſcunt̃ ut ex ſingulis internodijs faciant nauiculas. Habet aūt
membranā tenuē: in qua olim ſcriptitabāt. vnde nūc abutunt̃
Nauci. vocabulo papyrum ꝓ chartis dicentes. Et nauci pendere. i. nō
pluris facere ꝗ nauci. qđ aut putamen eſt nucis: ut Priſcianus
& Tortellius ſentiunt. aut granū fabæ cū ſe aperit: ut Seruius
vult. aut ut nōnulli mucor nucis priuſq̃ condenſat̃ in nucleū.
Ponit̃ aūt ꝓ nihilo aut re minimi precij & voloris. Vñ fluunt
amnes: quia fere in mōtibus ortū habent: ubi tanta marmora
cedunt̃ locandis. i. cōſtituendis tēplis. i. ad conſtituenda tēpla.
Antemna. Antēnas. i. malos tranſuerſos. Sæpe melampodion legi. i. col
Melāpodiō legi. Melampodion aūt eſt genus ellebori nigri a melampode
quodā qui eo uti ī diuinatiōibus ſolebat dictum. aut a paſtore
eiuſdē noīs: qui primus hāc herbā inueniſſe dicit̃: dum capras
eo purgari animaduertit: datoq̃ earꝫ lacte furētes prætidas ſa
nari. Vñ dicit Maro Geor. iij. Inuentæq̃ nocent artes: ceſſere
magiſtri Phyllyrides chiron amithaoniuſq̃ melampus. Inter
Melam- pretat̃ aūt melampus nigri pedis. Vocant em̄ melam nigrū &
pus dicit̃ pes. Fuit & alius mantes. i. vates inſignis. Me
Mantes dicina capellis. Nulla magis p̃ſens. i. p̃ſentius & citius ſanans.
Q uondā valſaſinus ægon. Ne cōtra decorꝫ medicinæ peritus
cenſeat̃ dicit ſe accepiſſe ab ægone paſtore: quē valſaſinū a lo-
co noīat. Dic ubi caſtaniæ plures. videlicet q̃ in mōtibus. q. d.
Artocreas nuſq̃. artocreas. i. panē cui caro includit̃. paſtillū vulgo vocāt
Paſtillum. artos em̄ dicit̃ panis: & creas caro. Lata pe-
Artos des. i. habēs latos pedes. calloſa humeros: habēs humeros cal
loſos ex labore aut pulpoſos. Neruoſa lacertos. i. habēs lacer-
Hiſpida tos neruoſos. Hiſpida. i. piloſa. moli ferende. i. ad molem feren
dam. i. quoduis onus portandū indefeſſa. i. indefatigabilis.

Vallibus ex illis onera ut naualia curet
Confluit huc: nullum eſt hominum genus aptius urbi
Siue velis caſtrare pecus: ſeu ſcindere phagos:
Siue fimum ferri e ſtabulis: haurire cloacas:
Latrinas curare: viamq̃ aperire coactis
Sordibus: & ſcalis puteos deſcendere in altos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Ingenio callent: & duro robore pollent:
Sed quid opus multis? subeunt opus omne, popinis
Inseruire: focos lignis cumulare: veruq;
Artifici versare manu: dare libera fumo
Spiramenta: boum ventres ad flumina ferre.
Vertere humū immundam scopis: doctissima gens est.
Quodq; magis miror: semper sub pondere currunt
Cotibus in duris oriuntur: & ardua viuunt.
Per iuga cum capreis: habitant spelæa ferarum.
Adde q in cælum breuis est e montibus altis
Transitus. erectum caput usq; ad nubila tollunt:
Nubila transcendunt aliqui puto sydera tangant.
Esse locum memorant ubi surgit ab æquore titan:
Qui nisi dedidici contingit vertice lunam:
Et vixisse illic hominem: sed postea abactum
Improbitate gulæ: q scilicet omnia poma
Manderet: & magno seruaret nulla tonanti.
Hinc diui sanctiq; patres in montibus altis
Delegere domos tacitas. cartusia testis:
Carmelus/garganus/athos/laureta/lauerna.
Et sina/& soractis apex: umbrosaq; vallis
Et iuga nursini facto senis inclita/ & altis
Abietibus turrita caput camaldula sanctum.
Cætera prætereo: nec enim sermonibus istis
Omnia complecti statuo. montana frequentant
Culmina cælicolæ: sed anas & mergus & anser:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Pabula: tot casus / tot ubiq; pericula / cogor
In veteres remeare casas: & cœpta fateri
Consilijs egressa malis. iterumq; per æstus.
Et montana pati longos per saxa labores.
Heu pecus infœlix: o læuo sydere pastor

Huc auectæ. fuit multo prestantius istud
Ignorasse solum; patrioq; in limine tutos
Consumpsisse dies; gelidis senuisse sub antris;
Atq; padi circum ripas arthesisue per agros;
Aut ubi per virides campos & pascua nota
Mintius it/ vel qua vitreo natat abdua cursu
Consedisse; gregem pauisse salubribus herbis.
Te tua credulitas; & me mea fallit in horas. Fau.
Vidi ego supremæ qui prosperitatis habebant
Culmina; dum laudata petunt; cecidisse; nec unq;
Emersisse malis. facit experientia cautos.
Hi prius explorant; & non laudata sequuntur
Omnia. laude carent quæ sunt meliora. fuerunt
Non nego quæ famam retinent; ac nomina seruant Liptote.
Cuncta suis pollent vicibus/ luna/ adria/ troia/
Saluia; quas nobis memorabat sæpius umber;
Nomine sunt solo; deleuit cætera tempus.
Si minor est patriæ forsan modo gloria nostræ;
Res tamen est melior; laudatæ gloria romæ
Quanta sit; in toto non est qui nesciat orbe.
Fama quidem manet. utilitas antiqua recessit;
Illi prisca quibus maduerunt pascua fontes.
Nunc humore carent. venis aqua defuit haustis.
Nulla pluit nubes. tyberis non irrigat agros.
Tempus aquæductus veteres contriuit; & arcus;
Et castella ruunt. procul hinc procul ite capellæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Hic ieiuna fames: & languida regnat ægestas.

Quid faciã. Desperãtis vox. Et cœpta fateri. Cõciliis egressa malis. qđ summe dolendũ innuit Vgiliana iuno Aenei. i. Me ne iceptis desistere victã. o læuo. i. sinistro & inimico sydere pastor huc aucte: potius q̃ aduecte dicit. quia a bonis pascuis ad sterilia migrasse dolet. Istud. s. sterile & sceleratũ. Patrioq; in limine tutos Consumpsisse dies: repete fuit multo tutius. Athesis ve p agros. Qui fluit ex tridentinis alpib⁹ tridentũ alluit et veronam diuidit. Mintius fluuius mãtuanus nõ longe a mãtua in padũ influens sæpe cõmemoratus. Abdua qui a strabone a dua dr̃ fluuius ex verbano lacu ortus in padũ q̃q; incidit. Verbanus aũt ut larius & benacus ex alpib⁹ ortũ habet atq; incrementũ. Cõsedisse a cõcilio. i. locũ habitatiõis cepisse. ut æneí. i. Vultis & his mecũ pariter cõsidere regnis: gregẽ pauisse. repete ut dixi fuit multo salubrius. Te tua crudelitas. docet nõ facile credendũ. In horas & nõ in oras legendũ. sed scđm Vallam quia nõ ponit̃ nota excremẽti potius diceret̃ in horã. Vidi ego a certitudine augmentat̃. q̃a plus valet oculatus testis unus q̃ auriti decẽ. Ordo est. Ego vidi eos qui habebãt culmĩa. i. summitatẽ supmæ: . i. summæ ꝓsperitatis: alludit ad rotã fortunæ cecidisse dũ petũt laudata: quia sæpe q̃ bona & leta vident̃ vertunt̃ in peius. Vñ dici solet Dñi benevortãt. Nec unq̃. s. postq̃ semel inciderãt: emersisse malis. i. caput extulisse e malis q̃bus obruti erãt. Facit experientia cautos. & ideo senes difficulter inducunt̃ ad credendũ: q̃a multã experientiã fraudis habẽt. hi. s. cauti explorãt. i. exquirũt & examinãt prius et nõ sequunt̃ oĩa laudata: sed q̃ cõpererint bona. quia sæpe laude carent q̃ sunt meliora. s. laudatis. Non nego. i. fateor. fuerunt. s. multa q̃ retinent famam ac seruãt noĩa: cũ nihil habeant rei. sed cuncta pollent suis vicibus. i. vicissitudinibus. Vñ Comi. Rerũ vicissitudo est. Luna: adria: troia: saluia: hæ urbes quas vmber. i. doctus ille cuius sepe meminit memorabat nobis (hoc semp ne cõtra decoꝝ plus q̃ ut pastori cõpetat sapere dicat̃) sunt. s. nũc solo noĩe: quia tẽpus deleuit cætera: quia oĩa senescũt & labescũt in tpe. vñ Tempus edax reꝝ &c̃. Luna ciuitas olim hetruriæ: ad macrã fluuiũ iacebat. De qua Luca. Hoc ꝓpter placuit tuscos de more vetusto. Acciri vatem: quoꝝ qui maximus euo: Arnus incoluit desertæ mœnia lunæ. Interiit em̃ nũc. sed regio adhuc luneñ. nominat̃. Adria q̃q; urbs Italiæ fuit: q̃ mari cui

Læuo

Athesis

Mintius.

Abdua.

Luna.

Adria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Vicina nomē dedit: qđ adrianū seu adriaticū adhuc dicit. & interdū etiā adria genere masculino mare ipsum qđ superū vocant: quia orientē versus: in qua ora venetiæ sunt. Troia notior est ꝙ ut de ea quicꝙ dicendum sit. Deleta est & saluia ut aliæ multæ. ut Saguntus in hispania. Carthago in aphrica. Corinthus in peloponesso &c̄. Si minor est patriæ forsan mō gloria nostræ. Ergo & Faustulus se Mantuanū indicat. quia ait. Res tū est melior Illi prisca &c̄. Per fontes beneficos in poetas intelligit. ut mecenatē: augustum: messalam: pollionē & similes. Aquæductus veteres. manifesta est allegoria. Hic ieiuna fames et languida regnat ægestas. Selecta & apta epitheta. nam ideo fames: quia ieiuna. & ideo languidus quis fere: quia egenus: egestas em̄ languorem parit. sicut & inedia. ut patet in Apologo quē Liui. recitat de membris qui in ventrē coniurauerunt.

Hic tamen ut fama est: & nos quocꝫ vidimus ipsi.
Pastor adest quadam ducens ex alite nomen
Lanigeri pecoris diues: ditissimus agri:
Carmine qui priscos vates atcꝫ orphea vincat:
Orphea qui traxit syluas & saxa canendo.
Hic alios omni tantum virtute latinos
Exuperat: quantū tyberim padus. abdua macram:
Lenta salix iuncum: tribulos rosa: populus algam:
Credimus hunc illi similem: cui tityrus olim
Bissenos fumare dies altaria fecit:
Hic ouium custos ipso vigilantior argo
Daphnide nec solum: sed eo qui dicitur olim
Admeti pauisse greges per thessala rura:
Doctior. omne pecus solymi curare magistri
Dignus: & antiquo dignus succedere patri:
Qui fuit assyrij pecoris post rhetia pastor.
Iste potest seruare gregem: depellere morbos:

Humectare solum/dare pascua/soluere fontes:
Conciliare iouem/fures arcere/lupoſqꝫ.
Si fauet iste mane: qꝫ si negat iste fauorem:
Candide coge pecus: melioraqꝫ pascua quære.

¶Hic tñ ut fama. Huc tendit principale institutũ: ut videlicet
Falconẽ sinibaldũ a largitate laudet aut ad eã inuitet. cuius gra
tia videt̃ tota ægloga cõposita. ut fama est: q̃ sæpe mendax vñ
Maro Tam ficti prauiqꝫ tenax qꝫ nũcia veri. ideo addit. Et nos
q̊qꝫ vidimus ipsi. Pastor adest. Aut quia etiã imperatores vo/
cant pastores ut sermo sit pastoralis. aut quia dotarius & ut di
cunt elemosynarius est: & ita multorꝶ pastor. Quadã ducens
ex alite nomẽ dicit̃ em̃ falco qd' & auis notæ nomẽ. Lanigeri
pecoris diues. Maro in Buco. Qꝫ diues niuei pecoris qꝫ lactis
abũdans. Ditissimus agri. Idẽ æneid. i. Huic cõiunx sicheus erat
ditissimus agri phœnicũ. Carmĩe qui priscos vates atqꝫ orphe
a vincat. More maroniano prĩcipẽ ab exercitu separat: ut egre
Orpheus giũ significet. nã orpheus unus priscorꝶ est vatũ. sicut Aenei. i.
Relliquias danaũ atqꝫ ĩmitis achilli. ubi Achilles nõ excludit̃ a
danais: sed excellere atqꝫ egregius esse significatur. Orphea: pul
chra repetitio. Qui traxit siluas. Idem in Buc. Orpheaqꝫ in me
dio posuit syluasqꝫ sequẽtes. Et saxa qd' amphioni ascribit Ho
ra. dicẽs in ar. poe. Siluestres hoĩes sacer ĩterpresqꝫ deorꝶ. Cædi
bus & victu fœdo deterruit Orpheus. Dictus ab hoc lenire ti/
gres rabidosqꝫ leones. Dictus & amphion thebanæ cõditor ur
bis Saxa mouere sono testudinis: & p̃ce blanda. Ducere q̊ vel/
Padus lem &c̃. Tyberim padus. Est em̃ padus longe maximus fluui/
orũ Italiæ quinqꝫ ostĳs in mare adriaticũ ꝓrũpens. vñ Geor.
Abdua .i. Fluuiorꝶ rex eridanus &c̃. Abdua fluuius latus: de q̊ iã dixi
Macra Macrã fluuiũ exiguũ: cuius meminit Lucil. dicẽs. Nullasqꝫ va
do qui macra moratus Alnos. Macri aũt campi sunt ĩ medio
Bononiæ & rauẽnæ & aliarꝶ ciuitatũ ꝑ quas itur romã. Len/
Alga ta salix iuncũ. s. exuperat. Populus arbor freqũẽs ad padũ. Al
gam herbã quã ꝓĳcit aqua: q̃ ad populũ sæpe iacitur. Maro.
Proiecta vilior alga. Credimus hũc illi. s. augusto cæsari. cui ti
tyrus. i. Maro. Bissenos: ut in prĩa æglo. Hic illum vidi iuuenẽ
melibœe quotãnis Bissenos cui nr̃a dies altaria fumant. Ipso
Argo. vigilantior argo. cui tñ centũ erant oculi: quorꝶ bini duntaxat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

somnū accepertit. verꝫ falco q̄cꝫ peruigil est auis. Vnde in epigramatis alludit de eo ad summū pontificē. Ducere sopitis pastor potes ocia curis Falco tuas argi more gubernat oues. Daphnide: sequit̄ doctior: quē tn̄ Theocritus et Maro doctissimū & diuinādi peritū inducūt. nec solū. s. daphnide doctior: sed eo. s. apolline nomio qui ob īterfectos cyclopas nouē annis spoliatus diuinitate pauit armēta Admeti regis thessaliæ iuxta amphrisum: ut alibi diximus: ꝑ rura ꝗ thessala ꝑ amphrisū. Omne pecus. i. totā ecclesiā catholicā. magistri solymi. i. hierosolymitani. videlicet Petri. & dignus succedere patri. s. petro pape qđ pater dicit̄. qui. s. pater fuit pastor pecoris assyriȷ̄. i. iudaici & totius ecclesiæ q̄ prima fuit in assyria. Post rethia. i. relictis rhetibus: factus est piscator hoīm. Conciliare ioue aut deū aut summū pontificē. Si fauet iste mane. Omnē ꝗ spem in falcone collocandam censet. qđ ut significet hoc argumentū excogitauit.

Aegloga. X. quæ dicit̄ Bembus: de fratrū obseruantium & non obseruantium cōtrouersia. Collo quutores Candidus / Bembus / Batrachus & Myrmix. Post religionis ingressum.

Maxima pastores agitat discordia bembe Can.
Qui solymos colles galilæacꝫ rura colebant
Batrachus hinc: myrmix illinc certare parati
Iudice te paucis si non audire recusas.
Et nisi te reuocant maiora negocia: dicent:
Tu pater es vatum. tu scis componere lites:
Iurgiacꝫ & blandis conuicia tollere verbis.
Te quocꝫ pierios fama est potasse liquores:
Et vidisse deas: quibus est custodia sacri
Fontis: & eurotæ campos: ac phocidis arua.
Ipse ubi fronde sua tibi tempora cinxit apollo:
Dona dedit cytharam: neruos & eburnea plectra.
Dicite quandoquidē tepidos admouit ad ignes. Bem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Nos hyberna dies: dum non sinit ire per agros
Brumma gregem: flatu boreas dum sæuit acuto.
Dum riget omne solum: tectis dum plurima pendet
Stiria. dum torpent sub aquis glacialibus amnes.
Ocia damnantur: quæ nulla negocia tractant.

¶ Maxima pastores. Hac ultima ægloga quã ut superiorẽ in religione cõposuit: agit̃ carmelitarũ fratrũ obseruantiũ. quorꝫ partes Batrachus agit. et nõ obseruantiũ. quos myrmix defendit: cõtrouersia: fictis nõ ab re cõtendentium vocabulis. Nam
Batrachos batrachos rana dicit̃: cui fere similem habent carmelitæ de obseruatione interiorẽ tunicã. quia piceam: aut ut dicũt griseam.
Myrmix Myrmix aũt formica q̃ nigra est ut nõ obseruantium tunica. Maro. It nigrũ campis agmen. Præterea ut in fabulis est: ranæ elegerũt regẽ. ut obseruãtes sub uno cõmuniter viuunt patre. Formicæ aũt in una quidẽ domo multos habẽt magistratus: ut nõ obseruãtes diuersas habẽt culinas. Litem ꝓponit Candidus: p quẽ fere autorem intelligo. Pastores. i. carmelicolas aut
Solymos. fratres de carmelo ꝓfectos. Solymos hierosolymitanos. Tu pater es vatũ. Forte generalem ordinis hoc noie cõpellat: qui pater est vatũ. quia carmelitarũ qui filij olim erant ꝓphetarũ & ꝓphetæ: qui & vates dicunt̃. Tu scis componere. i. finire. ut
egloga 3. Ante diem clauso cõponet vesper olympo. Et in Buco. Non vestrũ inter vos tantas cõponere lites. Vñ qui pacto litẽ terminant se cõposuisse aut cõpositionẽ fecisse dicunt. Pierios liq̊res i. haustus musicos q̄bus poeta euaserit. Et vidisse deas. s. musas q̄bus visis & ab eis ad hippocrenẽ ductus hæsiodus poeta euasit. vñ Ouidi. Ecce deas vidi: nõ quas p̃ceptor arandi Viderat ascreas cũ sequeret̃ oues. Neutro aũt modo dicit se Persius euasisse poetã in principio sic. Nec fonte labra prolui caballino. Nec in bicipiti somniasse parnaso Memini ut repẽte sic poeta prodirẽ. Et eurote campos. Eurotas fluuius est laconię lau
Eurotas. rifer. vñ illic phœbus fingit̃ docuisse lauros. In Buco. Maro. Om̃ia q̃ phœbo quondã meditante beatus Audijt eurotas: iussitq̄ ediscere lauros Ille canit. Ac phocidis arua: in quibus par
Parnasus nasus est mons totus musis consecratus. Oui. Separat aonios acteis phocis ab aruis Terra ferax. Et paulopost. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus: Nomie parnasus superatq̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

cacumine nubes. Frōde sua.i.lauro. Maro. Phœbo sua semꝑ apud me Munera sunt lauri. dona dedit: subaudi sua. cytharam quā a se inuentam orpheo dedit. neruos.i.chordas: & eburnea plectra.i.lyrā heptachordē quā inuenit: cū tetra chordis mercurij dicat. Hora.in arte. Ne forte pudori Sit tibi musa: lyræ solers & cantor apollo. Dicite. sic palemon maronianus. Dicite quādoquidē in molli consedimus herba. Et nūc omis ager: nūc oīs parturit arbos. Q̃d hic ex industria mutat: quasi ꝑ legē amœbæi carminis cōtrariū dicēs. Tepidos admouit. Persius. Admouit iam bruma foco te basse sabino. Boreas ventus septētrionalis dictus rex thraciæ ꝙ illinc ubi regnat ad nos veniat flatus est acuti. vn̄ Maro. Et boreæ penetrabile frigus adurit. Dū riget.s.gelu. Stiria guttæ in longū congelatæ. Torpēt stagnantiū more. Ocia damnant̄ q̄ nulla negocia tractant. vn̄ Cice.in prin.iij.offi. Publium scipionē dicere solitū scripsit Catho nunꝙ̄ se minus ociosum esse ꝙ̄ cū ociosus: nec minus solū ꝙ̄ cū solus esset. Magnifica vero vox & magno viro & sapiente digna q̄ declarat illum. & in ocio de negocijs cogitare: & in solitudine sequi loqui solitū. Vbi scies ociosum dici qui muneribus publicis vacuus operā dat rerū cognitioni. Vn̄ poetica studia ocia vacant̄. Non ergo ociosus nihil agit: sicut cessator.

Boreas

Stiria:

Ociosus:

aegloga.3.

Pastores genus infœlix æstate vagamur — Myr.
Pro grege solliciti. sed cum nos frigidus imber
Continet in stabulis: lites & iurgia surgunt.
Qui veteres audent ritus mutari: suoꝙ — Bat.
Arbitrio. & nullis ducunt sub legibus æuum:
Hi sunt o myrmix: qui bella domestica gignunt
De veteri ritu: de consuetudine patrum — Bem.
Rixa igitur vobis: leges moresꝙ parentum
Batrache dic: dic cur nostrum venistis in orbem
Ex phœnice solo. nos pascua vidimus illa.
Vidimus herbosos fœlici ulligine campos.
Vertice carmeli vitreis uberrimus undis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Fons cadit. & rauco densum nemus irrigat amne
Vidimus & iordanis aquas. ubi maximus olim
Pastor oues mergens scabiem resecauit auitam.
Amnis hic a libano veniens galilæa per arua
Transit: & ampla lacu consurgit in æquora magno
Vnda coit rursum: rursum mare fundit apertum
Vrbs ubi romani de nomine dicta tiberi.
Vnda coit rursum: tandem hierecunte relicta.
Intrat in infames asphalti gurgitis undas.
Hinc satis est nos oram omnem vidisse probatum
Dicite: & hinc tandem vestras demergite lites.
Batrachus audaci semper sese ingerit ore: Myr.
Et mihi se prefert magno temerarius ausu.
Non ego me ingessi: processi a iudice iussus. Bat.

¶ Pastores genus infęlix. Proponit myrmix: litē detestans: eo ꝙ qui de obseruatiōe nō sunt: quia molliorē ducūt vitam: vellent in suo statu sine cōtrouersia et molestia ꝑmanere. cōtra de obseruatiōe vellent oēs sui si͞les esse. Aestate vagamur ꝓ grege solliciti: allegoricos ꝓ victu. Sed cū nos frigidus imber cōtinet in stabulis. Maro geor. i. Frigidus agricolam si qn̄ cōtinet imber. Non exire aūt stabulis tūc docet ibidē sic. cū ꝓpius stabulis armenta tenerēt. Lites & iurgia surgūt. Argute quasi in odium iurgioꝝ litē refugit. vn̄ Batrachus. Qui veteres audent ritus mutare &c̄. Hi sunt o myrmix qui bella domestica gignūt q. d. nō nos sumus in culpa: qui velimus in pace sine iniuria viuere: sed qui ordini & ꝓfessioni nostrę iniuriā inferūt ꝑ nouos ritus. Interloquit̄ aūt Bembus significās se peritū locoꝝ & obseruationis veteris ut idoneus cōprobet̄ iudex arbitrarius. Leges moresq; parentū. i. patrū & maioꝝ tuoꝝ: ad q̊s reuocare vis. Dic cur nostrū venistis in orbē. i. europā. Ex phęnice solo. i. ex galilæa: quā phœnices scd'm strabonē habitāt & q̄ est in phœnicia. Nos pascua vidimus illa: ut pastoralē agere rē videant̄ & nō imꝑtinentē ad bucolicū carmē dicit pascua nō clau-

ſtra. Fœlici vligi. Vligo (inquit Seruius) eſt naturalis terræ humor ab ea nunq̄ diſcedēs. Vñ uliginoſus ager ſemp̄ humidus eſt. humidus aliq̄n ſiccat̄. Vertice carmeli vitreis uberrimus undis Fons cadit. i. defluit. Vbi maximus olim paſtor nō tam de heliſeo qui illic naaman ſyrū a lepra mūdauit q̄ de diuo iohanne baptiſta loqui videt̄. qui ſcabiē auitā. i. originalem maculam reſecauit baptiſando. Amnis hic. ſ. iordanis: a libano veniens p̄ duos fontes qui dicunt̄ ior & dan vñ iordanis nomē. Rurſum mare fundit apertum. ſ. tyberiadis. de q̄ Iohannis. vi. Abijt ieſus trās mare galileæ qđ eſt tyberiadis. De noīe dicta tiberi ꝑ tiberij. ſ. tiberias. tandē hiericonte relicta. declinat̄ hæc hiericus huius hierecuntis. ſicut amathus amathuntis: & multa alia. Intrat in infames aſphalti gurgitis undas. Aſphaltus eſt qđ mare mortuū vocant: in qđ urbes ille quinq̧ infames abſorptæ ſunt igni & ſulphure ꝑpter abominabile crimē qđ ab illaꝝ una zodomiticū vocāt. Hinc. i. ex his q̄ dixi ſatis ꝓbatū eſt nos vidiſſe omnē orā. i. regionē illam. Dicite ḡ & demergite. i. obruite & ſopite. hoc eſt finite tandem hinc. i. de hac re: veſtras lites. Et mihi ſe prefert magno temerarius auſu. Volunt em̄ de obſeruatiōe ut ſunt preſtantiores haberi. Proceſſi a iudice iuſſus. dixerat em̄ iudex Bembus. Batrache dic &c̄.

Vligo

Iordanis

Aſphaltus

Pone pedum myrmix: & tu q̄q̧ batrache: non eſt Bem.
Orandum armatis manibus: ſed mentibus æquis
Batrache dic: myrmix animi compeſce furorem
Interea ut venias magis: ad reſponſa paratus.
Qui furit inſanit. qui vero inſanit amaro Sententia
Impatiens animo: nec corda nec ora gubernat:
Quicquid ait vanum eſt: quicquid molitur ineptum.
Bembe genus noſtrum: generiſq̧ exordia dicam Bat.
Venimus aſſyrijs (ut candidus inquit) ab oris
Eſt pater helyas nobis: qui ſuſtulit armis
Paſtorum genus omne malum: qui traxit olympo
Flammigeros ignes: qui aſcendit in æthera curru.
Nobile & antiquū genus hoc: & clara propago. Bem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Pastores alij quotquot per rura vagantur — Bat.
Omnia sunt riui nostris a fontibus orti.
Nos dedimus leges: pascendi ostendimus artem.
Quo magis hi peccant: qui cum sint ordine primi:
Primatum amittunt studia inconsulta sequendo
Nos radix: alij rami. sed nos quoq; rami
A veteri radice patrum iam ætate caduci.
Tradidit helias certam pastoribus artem:
Qua curare greges: qua noxia pabula fas est
Discere: & occultos imbres: ventosq; latentes:
Quiue salutaris foret: & qui pestifer annus:
Signa dedit: nihil omisit quod ouilia tangat:
Sed fons ille fluens: carmeli e rupibus altis
Tam nitidus quondam: tam dulci lympidus unda
Tramite mutata (patet id) modo currit in austrum
Sed prius (extat adhuc vetus alueus) ibat ad ortum
Hi cursus fecere nouos: liquere priores
Quos dederat riuo veterum prudentia patrum.

¶ Pone pedū myrmix. Quia acris lis est ne ex verbis ad verbera ꝓrūpant monet tela deponi. ꝓ quibus pastores pedū habēt Et tu q̊q; batrache. bona fantasia priorē cōpellat eū qui de obseruatiōe nō est quasi ardentior sit ad arma. Non est orandū .i. causæ non sunt ab oratoribus dicendæ corā iudice armatis manibus. Id eñ vetāt leges: sed mētibus æquis. q̲a disturbatis animis facile veritas ledit̃. Batrache dic. repetit & cōfirmat qđ sup̃ dixit. Vt venias magis ad respōsa paratus. Bona admonitio: q̲a ardentes ira raro se purgāt ut decet: itenti ad ingerenda potius cōuicia. ut patet apđ Maronē in palemone. Nec corda nec ora gubernat. Vñ Hora. Ira furor breuis est: animū rege: qui nisi paret iperat. Quicq̲d molit̃ .i. cū molimine & difficultate conat̃ attentare. Bembe genus nostrū: ut gratiā & beniuo

Ira.

lentiā iudicis captet: cōpellat eū ꝓprio noīe: pollicetꝗ exequi
ipsius iussa. Venimus assyrĳs (ut cādidus īquit) ab oris. Dixe/
rat em̄. Qui solymos colles. galilæaꝗ rura colebāt. Iudea em̄
in assyria est: cuius caput olim babylonia. Est pater helyas no
bis. s. Thesbites. de q̊. iĳ. & .iiĳ. Reg. abūdans mētio fit. qui su
stulit armis. Nescio an legendū sit aruis. Q; si legendum est ar
mis intelligā de armis zeli aut de ignibus cœli: q̄bus armatus
duas quinq̄genas sustulit. Qui traxit olympo flammigeros
ignes. ut. iiĳ. Reg. i. Si homo dei ego sum. descendat ignis de cę
lo & deuoret te & quinq̄ginta tuos. Idem. iĳ. Reg. xviĳ. Inuo/
cauit ignē qui deuorauit holocaustum. Qui ascendit in æthe/
ra curru: ut habet̄. iiĳ. Reg. ĳ. Nobile & antiquū genus hoc &
clara ꝓpago. quia monasticæ vitæ prīceps est helias: et sanctis Propago
litteris perꝗ illustris. Propago aūt qn̄ ꝓgeniē significat primā
corripit: quā ꝓ vitæ ꝓducit. Pastores alĳ. Id ut dixi diuus Hie
ro. q̊ꝗ sentit. Nos dedimus leges quia primi fuerūt qui religio
soꝝ more simul viuerēt & monasticā vitā in carmelo agerent.
pascendi ostendimus artē. i. normā simul viuendi. Quo ma/
gis hi. s. qui noua instituta appetūt; & vetera q̄ digniora & me
liora sunt īmutare volunt. Primatū amittūt quia dicūt se ulti/
mos mendicantiū approbatos cū primi sint. quia iussi sunt in
solido statu ꝑmanere: sequēdo studia incōsulta. i. inconsultoꝝ
q̄bus nouitas placet. Sed nos q̊ꝗ rami a veteri radice. i. pullu/
lauimus a patribꝰ nr̄is: sed alĳ quasi ꝑ imitationē collateraliter
nos ꝑ ꝓpagationē ex vera radice. Caduci ætate. i. antiquitate a
prīa ꝑfectione decidentes. qđ dicit ꝓpter nō obseruātes. Tra/
didit helias certā pastoribus artē. i. formā recte viuendi exem/
plo vitæ suæ reliquit. Qua curare greges: ut rē pastoriā (ut di
xi) agere censeat̄ oīa ad pastores refert: ostendens officia pasto
ris ouiū: cū allegoricos ītelligat aīoꝝ. Pastoꝝ em̄ ē curare gre
ges: vitare pabula noxia. q̄a certis diebꝰ saltē abstinēt carnibus
& occultos imbres. i. infectiōes & vētos latentes. murmura (ni
fallor) ītelligit. Maro aūt in geor. i. dat veroꝝ vētoꝝ ꝓgnosti
ca: Nihil omisit: more suo positiōe primā ꝓducit: cū Hora. &
fere alĳ omisit prīa breui scribāt. sed fons ille fluēs: allegoricos
vita religiosa. tā lympidus. i. purus & clarus. Tramite muta/ Lympidus.
to (patet id) mō currit in austrū. i. in meridiē. q̄ animantibus in
Italia p̄sertim est pestifer. q̄a corrūpit etiā obsonia. Iuue. tn̄ hic
ꝑparat velut urgeat auster: Hora. Presentes austri coquite hoꝝ
obsonia &c̄. Allegoricos vult bona instituta esse inuersa atꝗ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

deprauata. Sed prius ibat ad ortũ. s. solis, i. ad orientẽ. quia eurus & boreas salubres sunt vẽti. Allegoricos ĩtelligit ad cælũ. Extat adhuc vetus alueus: ꝑ quẽ. s. fons ille fluere solebat. i. adhuc reperiunť reliquiæ veteris religiõis. Extare ẽm est supstitẽ

Extare

esse aut supstare dũ reliq̃ occiderit. Hi. s. noui qui nõ obseruãt

Quid tibi: siue nouo currat: seu tramite prisco. Myr.
Dummodo fœcundis humectet pascua lymphis?
Et quid de cæli quereris regione? per austrum.
Solis iter. melior vitis quæ respicit austrum.
Et melior legitur libycis de collibus vua.
Est melior taxus boream quæ respicit. ergo Bat.
In boream melius poterat decurrere riuus.
Pastores: & cura pecoris malesane relicta
Sermonem de vite facis. quasi legibus hijsdem
Grex & vitis eant. nec quod discrimen in undis
Graminecꝫ & ventis nosti. & q̃ noxius auster
Sit pecori. disce a roma si noxius auster
Cur mutinensis agri pecudes sunt vellere fusco?
Cur clitumnus habet niueas? cur mantua molli
Lanicio excellit? veronacꝫ proxima manto?
Vnde hæc multiplici rerum variantia forma?
Non aliunde nisi a cælis a gramine & unda.
Candide utrũcꝫ pedũ ꝓcul hinc (rogo) ꝓtinus aufer Bẽ.
Inter eos hodie video bellum acre futurum
Clam cape: & auferto: subter sarmenta reconde.

¶ Quid tibi. Rustice respõdet myrmix: ut doceat nõ obseruãtes fere indoctos & nõ litteris sed ꝑditis studijs vacare. Quid tibi. i. ad te: sicut in euãge. Quid tibi & mihi mulier? Dũmodo fœcundis. Id quidẽ verꝫ si eã fœcũditatẽ pariat quã batrachus desiderat. Per austrũ solis iter: quia semꝑ est ĩ zodiaco. Melior

vitis sup. est q̄ respicit austrū. quia respicit solem incumbentē. Vñ dictū est. deniqȝ apertos Bacchus amat colles. Et melior legit libycis de collibus. i. libyam. hoc est meridiē respiciētibus: aut reuera de libycis intelligit: ob eandē rem. Est melior taxus. docet batrachus nō esse respōsum ad rē: quia licet ad austrū versa vitis sit melior: nō tñ cōtinuo melior est pecori auster q̄ eurus. sicut licet taxus q̄ frigora scd'm Maronē amat. Dicit em̄. ij Geor. Apertos bacchus amat colles: aquilonē & frigora taxi. p̄stantior est ad boreā: nō statim tñ ad boreā est melius pecus Sermonē de vitæ facis. Argute taxat eos ebrietatis & vinositatis. quia ex abundantia cordis os loquit̄. Quasi legibus hisdē aut potius ijsdē grex et vitis eant. qd' esse negat. q̄a sępe ubi maior copia vini minor ē pecorꝝ. Innuēs ꝑ hoc vini copiā officere castitati religiosorꝝ. Nam vēter mero æstuans facile despumat in libidinē: ut autor est Hiero. Nec qd' discrimen. i. q̄ differētia sup. sit. Et q̄ noxius. i. nociuus auster Sit pecori. Disce a roma si noxius auster. Id quidē manifestariū. quia eo flante varij generant̄ morbi. Cur mutinensis agri pecudes sunt vellere fusco. i. subnigro. Cur clitumnus habet niueas. s. pecudes. sed & iuuencos ac tauros quibus in triūphis utebant̄. Vñ Maro geor. ij. Hinc albi clitumne greges & maxima taurus Victima: sæpe tuo perfusi flumine sacro Romanos ad templa deū duxere triumphos. Clitumnus aūt fluuius est in meuania: q̄ pars est umbriæ partis thusciæ. de q̄ fluuio dicit Plinius in naturali hystoria. q̄ animalia q̄ eum potauerūt albos fœtus ꝓcreant. Cur mantua molli lanicio excellit: Est tñ in enganeis mollior: sed vicini sunt. Veronaqȝ proxima manto. i. mantuæ urbi. Vsurpatiue dixit manto: quia nō utimur nisi ntō actō & vtō in o & gtō in us a græcis in o longū exeuntibus. ut manto mantus. Candide utrūqȝ pedū: quia deposuerāt pedū. i. baculum pastoralem sed non longe a se reiecerant ne a verbis ad verbera ꝑuenirent: monet sedulus pastor Bembus secrete Candidū ut utriusqȝ pedum subter sarmenta recondat. Sarmenta aūt (quia nō om̄es gallicū noscunt) sunt putamina & resectamenta vitium.

Clitumnus. Manto. Sarmenta

Bembe mihi tecum sermo est: dum viximus una: Bat.
Dum commune pecus nobis fuit hei mihi quantum
Dedecus: heu quot sunt pecudes incōmoda passæ
Nec mersare gregem fluuio: nec vellera certis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Temporibus: sicut mos est: tondere licebat:
Nudabant spineta pecus: nudata secabant
Terga rubi. scabie cutis aspera: tabidus humor
Pestis: & in totum serpebant ulcera corpus.
Multum igitur refert pecudes quæ pabula carpant:
Flumina quæ potent: & qua regione morentur:
Dic mihi dic myrmix priscum cur lana colorem
Perdidit: hæc gregibus quidnam noua vellera fœcit
Cur pecus est nigrum: quod erat melioribus annis
Clarum: immutarunt mutati vellera mores.
Bembe ad te redeo. paucis absoluere nitar.
Sed quo digna omni tua sit sententia laude
Vera loquar: tu iura tenes: ego facta docebo.
Iudicium reddit verum enarratio vera.
His animaduersis ægre tot damna ferentes
Venimus ad fontem: riuumq; a vertice summo
Scrutari mihi cura fuit: tu prouide myrmix
Interea nidos auium: vel dorcada paruam
Venabare: tuæ quæ dona darentur amatæ.
Bembe vides ut aperta in me conuicia torquet/ Myr.
Auguror: ista manu lis est non ore agitanda.
Mos mihi non lingua. maledicta refellere dextra
Batrache ne verum taceam: linguosior æquo es. Can.
Iurgia bilem acuunt: conuicia pectus acerbant
Non tibi cum puero res est: nec homuncio myrmix.
Res male tuta viros lingua irritare proterua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Da veniam myrmix;amiram proferre volenti Bat.
Nescio quis mihi misit in os malus error amatam.
Do veniam caue ne rursum me voce lacessas.

Bembe mihi tecũ sermo est.q.d.ĩ hoc hoĩe nihil video ratio nis dũviximus una.i.priusq̃ p reformationẽ(ut aiũt)a nõ ob seruantibus seiuncti sumus. Hei mihi quantũ dedecus: heu q̃t sunt pecudes incõmoda passæ.q.d.maximũ &innumera. Nec mersare gregẽ fluuio.i.debitã curã animis adhibere.nudabãt spineta pecus.i.mũdanæ cogitatiões & cõuersationes(nã litte ra ut dicũt apta est) Tabidus humor:viciũ carnis. Multũ igit̃ refert.i.distat ad rẽ.facit q̃ pabula de spiritalibus intelligit. Pri scum cur lana colorẽ perdidit:quia prius ut ex alueis cõproba uerũt obseruãtes usi sunt vestibus piceis seu gryceis: qualibus adhuc in nõnullis utunt̃ fratres illitterati q̃s cõuersos vocant. Noua vellera.quia nũc nigra sunt ĩtrinsecus indumẽta:qđ fa-ctum dicũt ut unius videant̃ gregis.quia em̃ piceus color ut in fratrib⁹ diui Frãcisci videmus tã varius ẽ: cõcluserũt in nigrũ ĩmutare.quẽ de obseruatiõe Italica respuũt.putãtes naturalem & sine fuco factũ magis cõgruũ religioni.qđ & Maro censuit dicẽs.Nec varios discet mentiri lana colores. Veritas em̃ p̃stat mendacio.qđ erat melioribus annis clarũ. Si de exteriore lo-quit̃:nõ videt̃ ꝓcedere.quia oẽs ad hũc candidã seruãt chlami dem. Dicamus g̃ clarꝫ.i.subnigrũ:qui respectu plane nigri cla rus ẽ. Vellera vulgo gemĩo l scribit̃.quia tñ a velando venit: põt simplici l scribi. Vera loq̃r. Oratorie iuxta rethorꝫ p̃cepta p̃ se fert fiduciam. His aĩaduersis.s.malis q̃ pecori obuenerãt. Venimus ad fontẽ.s.religionis.vel dorcada. dorcas græce dr̃ latĩe caprea.i.capra siluestris. Tu ꝓuide.ironicos id refert.tuæ q̃ dona darent̃ amatæ.Id amare sed utinã nõvere. vñ myrmix Bembe vides &c̃. Nos mihi nõ lingua maledicta refellere dex tra.Id aũt acerbius cõtra se fatet̃ myrmix.i.nõ obseruans:ut se longe a dñico consilio abhorrere significet.qui auferẽti palliũ docet potius tunicã addere q̃ȝ in pugnã ꝓcedere aut litẽ inutilẽ fouere. Verꝫ:qa neutrũ decẽt cõuicia accedit cãdidus benefun-gẽs officio suo.qa cãdidus dr̃ oĩs liuoris expers. linguosior.i. verbosior æquo.i.q̃ȝ æquũ &honestũ est.Iurgia bilem.i.cole ram q̃ stomachũ mouet. quia sermo durus suscitat furorem. Nec homuncio myrmix. Id iucunde: quia Myrmix (ut dixi)

Dorcas

Candidus

Bilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

formica ĩterpretat̃. cui robur ꝓ modulo corpis maximũ ineſt
quia grana maiora ſe infert interdum et oua ſua ſe q̊ꝗ maiora
tranſſert. Viros. q. d. anioſos & mares aĩos. Amitã ꝓferre vo
Amita lenti. Amita patris eſt ſoror ut matertera matris. cui honeſtius
Matertera ꝗ amatæ mittant̃ munera. Cætera nota ut hęc fere nota putẽ.

Alueus excelſa ſaliens de rupe lacunam Bat:
Foderat: & clauſis ripas æquauerat undis.
Gurges erat textu ſyluarum umbroſus opaco
Denſaq; ſepierant triſtem ſpineta lacunam
Mille venenorum ſpecies in gurgite vidi.
Mille ſecus ripas in opaco margine: mille
Per nemus ad lymphas ſinuoſo ſerpere greſſu:
Obſtupui. & rapido rediens ad ouilia curſu:
Incipio pal eas furca verſare tricorni.
Ecce caput tollit coluber: linguaq; triſulca
Sibilat. inflantur fauces / nepa liuida tendit
Brachia / ventroſus profert veſtigia buffo.
Vipera per ſtipulam gradiens ſtrepit. o loca dixi
Non pecori tantum: verum & paſtoribus ipſis
Noxia. mox grege diuiſo de ſedibus illis
Paſcua quęſitum triſtis meliora receſſi.
Perq; iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos: ubi prima ſuos aurora colores
Explicat: & croceos phœbi redeuntis ad ortus
Hic mihi fœcundæ pecudes: hic paſcua læta:
Et ſine labe liquor: dulces ſine crimine lymphæ:
Hæc loca primæui ſunt quæ coluere parentes:
Signa caſæ ſuperant: puteus: carioſaq; ligna
Fixa ſolo: ſeiuncta pedum diſcrimine ſeptem

Et focus:& lacera quæ cingitur area sæpe

¶Alueus excelsa. Docet batrachus qd in fonte viderit: dicens Alueus.i.riuus saliens de excelsa rupe:foderat.s.pcipiti casu:la cunā.i.receptaculū aquaꝝ et sordiū:& equauerat.&c̄.Gurges .i.vortex aquaꝝ.spineta.i.spinæ densa sepierāt.i.sepimento q̄dam clauserāt.Ego vidi mille species venenoꝝ.i.prauaꝝ traditionū & maloꝝ moꝝ:ad.i.iuxta:lymphas.i.aq̄s.i.vidi fontē primę religiōis penitus infectū.Obstupui &c̄.furca tricorni .i.tria cornua habēti.Nepa liuida.i.scorpius habēs venenū liuidū sub cauda.sed hic dicit liuida brachia.i.chelas liuētes. vētrosus.i.habēs magnū ventrē.Bufo.i.rana venenosa. Vipera .i.aspidū pessima sic dicta ꝙ vi pariat:qa non pōt edere fœtus suos q̄s ore cōcipit & patrē cōcipiendo necat:sed ipsi vicini partui aut iā maturi ad partū dentibus secant ventrē maternū. & ita vipera neq̧ patrē neq̧ matrē vidit unq̄ incolumē. qđ benignitate naturæ in nos efficiť ne tā noxia pestis multipliceť. Pascua quesitū tristis meliora recessi. Quesitū supinū est.i.ut querā aut quesiturus meliora pascua. Vñ docet obseruātes discessisse.ꝑpter ꝑuos non obseruantiū mores.Perq̧ iter antiquū.i. iuxta traditionē prioꝝ patrū. In cāpos ubi pria suos.i.orientē versus sicut prius dictū est ad ortū.Croceos ortus phœbi.i. solis.Hæc loca primæui sunt q̄ coluere parētes:Manifesta est ḡ allegoria.nā ꝑ orientē & eurū purā & salubrē significat vitā: ꝑ meridionalem plagā & austrū vapidā & mollem. ut vētus ille plumbeus & tepidus ē.Signa casæ.s.pastoraľ.cariosaq̧ ligna fixa solo seiuncta pedū discrimīe septē. Tantū em̄ spacij cellis singulis cōgruit.& focus.s.cōis q̄ ignis fouetur.& area.i.locus spaciosus in medio claustri:circū quē porticū & deambulacra faciunt.cingiť sæpe lacera.allegoricos significat claustrorū muros dirutos & peruios a nō obseruantibus factos.

Alueus
Gurges
Nepa.
Bufo
Vipera

Cura viris leuibus rerum solet esse nouarum. Myr.

Propterea certe noua pascua quæris:& amnes
Fingis inauditos:& vis nouus autor haberi.

Cura viris grauibus rerum solet esse suarum. Bat.

Propterea myrmix nimis a grauitate recedis.
Hæc nouitas non est nouitas:sed vera vetustas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Rellígío & pietas a ptrum instaurata resurgit:
Quam tua corrupit leuitas: & nota tuorum
Segnicies: igitur si quis labentia tecta
Erigat: & sterilem qui mansuefecerit agrum
Iudice te damnandus erit: non ponitur arbor
Altera: sed veteri inseritur bona virgula trunco.
Segne prius lignum nostro fit fertile cultu.
Quamuis pingue tuo pecori sit gramen & unda Myr.
Desecata: tamen multæ cum matribus agnæ
Interiere. lupi & pastæ meminere volucres.
Hæc fateor quæ dira tuæ contagia pestis Bat.
Accepere: etiam procul aspicientibus obsunt.
Tantum virus inest: vestri vis tanta veneni.
Propterea magis atq magis discedere semper
Est animus patitur pecus hæc incommoda nostrum
Sola: q in vastam nondum discessit heræmum.
Nec satis a vobis procul in deserta recessit.
Batrache de gregibus mentiris plurima nostris Myr.
Certe alienarum tibi cura superflua rerum
Et temere assumis partes censoris iniqui
Cur mihi qui pasco: cuium pecus: ista tueri
Non licuit: solisne domus mea cognita vobis:

¶ Cura vitis leuibus. q̃ꝙ id strẽnue canit batrachus ne res no uas dicat molitus tñ cũ aliud nõ posset id falso obĳcit myrmix Et vis nouus autor haberi. hoc eis adĳcit q ad reformationẽ alios vocũt aut cõpellunt. Cura viris g̃uibus. subtilis respõsio: deuerbiũ deuerbio retũdens. hęc nouitas nõ est nouitas. i. quã dicis nouitatẽ non est nouitas sed vera vetustas. Vñ manifeste dicit religio & pietas patrũ instaurata. i. in statũ & formã ꝓprio

rē reducta (vñ verius dr̄ instauro q̄ꝫ restauro) resurgit. Et nota tuoꝝ .s. confratrū. qui mansuefecerit agrū. redit ad trāslationē ꝓpt̄ sæpe dictā causam: ne videlicet nō pastoral̄ agat̄ res. Segne. i. tardū & infęcundū. q̄ꝫuis pingue. docet etiā īter eos qui se obseruātes dicūt adhuc esse morbidos & multos interijsse. Ad qd̄ Batra. Hæ fateor. i. fateor ꝙ hæ oues īteriere: q̄ dira tua cō tagia pestis accepere. i. q̄ infectæ ad nos venerūt nec se purgari ꝑmiserūt. tantū virus. i. venenū. ꝙ ī vastam nondū discessit heremū. i. ꝙ nondū penitus a cōmuniōe vr̄a discessit. Dr̄ aūt eremus sine aspiratiōe: gn̄e fœmi. et media longa. q̄ tria inuerti solent. De gregibus mentiris pluria nr̄is. Cū aliter se purgare nequeat ad cōuicia refugit. Cur mihi qui pasco cuiū. dictū id puto ꝑ cuiūcuiū. i. cuiūscūqꝫ pecus: ista tueri. i. ꝓspicere q̄ tu mihi obijcis. solisne domus mea cognita vobis. i. videtis ne vos soli infectionē (ut dicitis) domus meæ quā nos ignoramns? Segne. Eremus ἐρημ

Aethiopes una quoniam nigredine sordent: Bat.
Ille color nulli vicio datur omnibus idem
Vultus. & alterius si quis reprenderet ora:
Et sua damnaret. pecori pecorisqꝫ magistris
Fex eadem: scabies eadem: cutis & color idem.
Parcite iam satis est lis intellecta diesqꝫ Bem.
Inclinata cadit: iam post iuga summa ruit sol.
Audite o magni generis longæua propago:
Lite super vestra quæ sit sententia nostra.
Batrache me audaci totiens sermone lacessis. Myr.
Non ego: sed non æqua magis te causa lacessit. Bat.
Iudiciumqꝫ timet sibi mens male conscia iustum.
Quando inimicitias tempus deponere: rursum Can.
Vestra nouas lites vecordia suscitat: ergo
Perpetuis hæc rixa odijs æterna manebit?
Quæ vos debilitas capitis: quæ insania vexat?
Non pudet his uti tanto sub iudice nugis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Ergo animis audite æquis odijſq; ſepultis
Vltima doctiloqui: quæ ſit ſententia bembi.
Ferte per antiquos patrum veſtigia greſſus **Bem.**
Et veteres ſeruate vias: reuocate vagantes
Per valles & ſaxa greges: per luſtra ferarum.
Figite in antiquis iterum magalia campis.

¶ Aethiopes una. gͣphice docet quare illi nõ videant ſuã defor
mitatẽ ſuaq; vitia: quia oẽs tales ſunt. Ille color. ſ. niger. Fex ea
dem. i. eadẽ infectio. Quia v̾o ad manifeſta uſq; cõuicia ꝓceſ/
ſum eſt ne ultra ꝓgreſſio fiat: dicit bembus. Parcite. i. abſtinete
a cõuicijs qa lis ẽ iam ſatis ĩtellecta. Dieſq; ĩclinata cadit. Audi
te o magni generis longæua ꝓpago: qa eos ab antiquitate lau
dat: timet iamdudũ myrmix cauſæ ſuæ: vñ non attendit ad iu
dicẽ ſed ad conuicia dicta dicẽs. Batrache me audaci totiens ſer
mone laceſſis. i. ꝓuocas ad irã. Non ego ſup. te laceſſo: ſed ma
gis. i. potius laceſſit te cauſa. ſ. tua nõ æqua. i. iniqua. Iudiciũq;
timet ſibi mẽs male cõſcia iuſtum. Multæ & egregiæ ubiq; ſũt
ſententiæ: q̃s memorię cõmendaſſe ꝓfuerit. Interloquiť candi/
dus qui director videť utrorũq; litigantiũ. quia ꝓ eis iudicem
delegit. Q ñ. ordo eſt: qñ tẽpus ſup. eſt deponere inimicitias:
tũc ſup. vr̃a vecordia. i. ꝑuerſitas cordis ſuſcitat rurſum nouas
lites. Ergo indignãter id dicit. Non pudet his uti tanto ſub iudi
ce nugis. Magni facit autoritatẽ iudicis: ut ſententiæ ab eo da/
tæ maius ſit põdus. Ergo: quia id decentius & honeſtius eſt q̃
odijs ꝓgredi. animis audite æquis. odijſq; ſepultis. i. ſopitis &
oppreſſis. Vltima. i. (ut dicũt) definitiua ſñia. Eſt aũt hæc. Fer/
te ꝑ anti. &c̃. ĩcedite more maiorꝝ veſtrorꝝ. Reuocate vagãtes
ꝑ valles. i. qui oberrãt a carmelo qui mõs eſt. i. a vera religiõe
in carmelo inſtituta. ĩtelligere aũt potes molliter viuentes. & ꝑ
ſaxa. i. dura & aſpera mundanarꝝ curarꝝ. & ꝑ luſtra ferarꝝ. i. ꝑ
Luſtra lupanaria. quia meretrices lupę q̃ ferę ſunt dicunť. & luſtra ob
id etiam lupanaria. Secluſa aũt allegoria remotiore: manifeſte
vult errantes in ꝑniciosis inſtitutis & moribus ad rectã reduci
religionẽ: q̃ antiqua eſt: vñ cõcludit. Figite in antiquis iterꝝ ma
Magalia galia cãpis. Magalia (ut dixi) & mapalia pœnorꝝ lingua ſũt tu
Mapalia guria & quaſi paſtorales caſæ. vult gͦ preſtare ĩ antiqua viuere
pauꝑtate: dũmõ ſancta maiorꝝ ſuorꝝ ſeruẽt veſtigia. ¶ FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Baptiſtæ Mantuani carmelitæ in laudem Iohannis Baptiſtæ pro natali eius carmen.

AGnifer æterna: iuuenis digniſſima vita
Ante deum preco, lucifer ante diem.
Nam puerum ſupra puerilem gratia ſenſum
Te tulit ut fieres nuncius ante deum
Sancta tuis hodie libamina ponimus aris
Et damus infeſtos thura ſabæa focos
Scilicet ut vitæ caſus expertus iniquos
Auxilio generi ſis memor eſſe tuo
Hæc eſt illa dies: qua primæ gaudia prolis
Accepit ſenio feſſus uterq; parens.
Magnus es: & ſancti retines loca prima ſenatus
Et prope virgineum crederis eſſe latus
Et ſibi te prefert, niſi ſint oracula vana
Omnis in ætherea ſancta catherua domo
Nec putat indignum toti qui preſidet orbi
Quod iuuenis tetricos poneris ante ſenes.
Illic in precio virtus: contemnitur ætas
Nec quantum ſed quo vita ſit acta modo
Iure igitur propter meritum preclaraq; geſta
Te decorat primo turba beata loco
Ad te virginea venit puer inſitus aluo
Et ſine vocali protulit iſta ſono
Naſcere magne puer: propera digniſſime natum
Sæcla noua & legem nuncia adeſſe nouam:
Et genus humanum veracibus argue dictis
Et ſolymas gentes ad vada ſancta voca.
Diuitias alijs peritura q; regna relinque:
Et niſi cœleſti non memorare bono.
Premia terrenæ mentes terrena ſequantur.
Regna manent alio nos meliora loco.
Noxia multiuolæ fugias conſortia turbæ
Sit tua ſylua domus: terra cubile tuum.
Hiſpida ſylueſtres tibi dent velamina capræ
Squaleat in tonſis os iuuenile comis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Accole iordanis fruticantia flumina: tollat
Vnda sitim: gramen siue locusta famem
Vide prior/ precede meos noue lucifer ortus
Iam meus auroræ limina pulsat equus.
Ibimus: & tecum simul illustrabimus orbem
Luce noui solis: sideribusq; nouis.
Dum cōplexa senem mater virgūcula matrē
Colloquitur. puero tradidit ista puer.
Dū populo sacri caneres noua dona lauacri
Ad vada q̄ geminis multiplicantur aquis.
Ille puer factus iam corpore maior & annis
Supposuit digitis ora lauanda tuis
Iure igitur tua nunc adeunt altaria turbæ
Et tibi iure dies ista dicata fuit.
Nam deus illorꝝ ne sint iubet irrita vota
Arma clientelæ qui subiere tuæ.
Nos q̄q; ne mores damnare putemur auitos
Verbenis gerimus tempora cincta ruis
Sic faueas nobis: ut te veneramur oportet:
Nec precibus debet ulla repulsa dari.
Exorare: faue miseris: pia vota secunda
Voce: oculis tibi cor supplicat atq; manu
Ista dies aliis fac sit fœlicior adsis
Omnibus: & clemens ad tua templa veni
Si tamen est quisq;: qui orare procaciter ausit
Auferat indignas mobilis aura preces.
Hic petet annosæ longissima tempora vitæ:
Alter amicitiam principis: alter opes.
Forte erit & vetitos demens qui q̄rat amores
Et dominum mitem postulet esse sibi.
Parce iuuentuti: sed luxuriantia muta
Pectora: fert iuuenes impetus atq; furor
Orabit pluuiam rapido qui leditur æstu
Forsitan hoc omnes fœmina virq; volent
Vix ferimus rapidi flagrantia sydera cancri
Nec pater extinguit iuppiter illa tuus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Iam renouat veteres tellus exusta querelas
Et puero currus extimat esse datus
Arescunt gelidi fontes: moriuntur & herbæ
Perdidit infœlix pascua læta pecus
Hanc igitur minui si quis rogat imbribus æstum
Agnifer illius sunt bona vota: faue
Des petit absentis reditum noua nupta mariti
Et gemit: & supplex ora pudica mouet
At mulier grauida quæ pignora sustinet aluo
Nouaq; iam celeri luna propinquat equo
Da facilem dicit iuuenis sanctissime partum
Ponere cum ventris pondera tempus erit
Languidus auxilium medice cui defuit artis
Te vocat: & tremulis vocibus ambit opem
His ego non moueor nec me terrena remordet
Cura: polos ultra mens animosa volat
Hæc aliis dentur: meus id sublimius ardor
Et bona contempto vult meliora solo
Vna potens res est me reddere sola beatum
Quæ tibi per versus fiet aperta duos
Esse tuo coram vultu deus optime rerum
Semper: & aspectu liberiore frui
Hoc peto: tu sanctos inter dignissime ciues
Hoc hodie votum ne sit inane: faue
Sit puerile licet: gratum tamen istud habebis
Carmen: & ut venias in mea vota precor.

¶ Finis.

¶ Hermanni Buschii Oda de contẽnendo mũdo / & amãda sola virtute & scientia

Ipse cum solus varios retracto
Exitus vitæ studiumq; nostræ
Dispar: & curas sibi dissidentes
Cassaq; vota
Rideo partos hominum triumphos
Regium nomen: nitidamq; rubri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Littoris concham: tyrioq; pictas
Murice vestes
Rideo quicquid legit astur auri
Fertiles campos lybie: Sabei
Pulueris fumos. Solymiq; munus
Balsama regni
Rideo merces alio petitas
Sole: rostratis cupide carinis
Et per ignoti sinuosa vectas
Littora ponti
Rideo thermas: celebres & arcus
Porticus: spectacla natationes
Citreos orbes: niueoq; ductas
Marmore villas
Rideo lusus: hylaresq; mensas
Et puellarem fragilem decorem
Plectra concentus choreas rosarum
Sutile textum
Rideo luxum babyloniorum
Indiæ regum: Sybariticos &
Persicos miror nihil apparatus
Deliciasq;
Rideo lauti patinas Apici
Prandia Anthoni simul & Vitelli
prodigos mores: æpulasq; Martis
Pontificumq;
Mutat & carpit malefida sors hæc
Gaudia & quedam minuit senectus
Integer sanguis: bona forma: cædunt
Omnia morti
Sola non languet speciosa virtus
Omnibus gemmis: opibusq; maior
Viuit: & nunq; decus exolescit
Artis honeste.
¶ Finit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Fratris Baptistæ Mantuani: ordinis Carmeli professoris: de vita beata libellus incipit fœliciter

FRater Baptista: Petro spagnolo patri suo salutem plurimã dicit. Ocioso mihi: aliqd ad te scribere: nup in mentẽ venit. Et quũ diu mecum ipse cogitassem: vñ possem exordiũ sumere: in materiã sane pulcherrimã omniũq; cognitione dignissimã incidi. Ea est vita beata q̃ quia ab oĩbus amari debet: nec amari potest nisi prius cognita fuerit: non inutile mihi visum est: si quidnã ea sit: & qbus gradibus cõparet aperuissem. Cur vero hũc libellum ad te potius q̃ ad alium miserim: duabus potissimũ causis factũ est. Primo: ut quale esset genus exercitationũ meaꝝ agnosceres: & ne frustra me hactenus triuisse tẽpus forsitan existimares. Scd'o: ut de re tam exquisita & ĩmortali deoq; gratissima: ad egregium: mihiq; gratissimũ virũ scriberẽ. Ego em̃ qui te mihi charior sit: inter mortales habeo neminem: nec tñ velim: ut a me p̃clarissimũ quid expectes. nã neq; hanc materiã tam diffuse ut tractari posset dicendã assumpsi: in qua diligenter explicanda. Marcus Tullius Cicero facundiæ suæ neruos cõtendere posset. Sed ingeniꝭ teuuitati cõsulens multaꝝ sententiaꝝ flosculos summatim delegi: & huic libello inserui: q̃s legẽs ipse agnosces. Et qm̃ ego semp animaduerti: dialogorũ stilum pene oĩbus esse gratiorẽ. Ciceroniano more duos colloquẽtes introduxi: Gigonẽ scilicet & Adrianũ: hũc de vita beata interrogantẽ. illum vero interrogãti respondentẽ. Et quia forsitan hi hoĩes qui sint ignoras. breuiter aperiendũ est. Gigo integerrimæ vitæ homo ẽ: qui tres & septuaginta natus annos in nr̃a religione consenuit: multæ sunt in eo viro litteræ: & sapientia qualis in Catone fuit multaꝝ usu cõparata. Hic in quibus rebus beata vita consistat, pbe nouit. Adrianus iuuenis optimæ indolis: cuius integritatẽ in hoc uno ppendas: q, a p̃dicti senis latere nunq̃ discedat. nõ em̃ est credibile: eius vitã prauã esse. qui bonoꝝ semper cõsuetudine utitur. Finge itaq; hos duos: Post prandiũ moderate sumptũ: & post cõpletas gratiarũ actiones: in hortulum secedere: & sub umbra patulæ arboris inter odoriferas herbas deambulantes: hoc pacto cepisse ratiocinari.

ADRIANVS.

ROgo te pater si me amas. ut qui postq̃ iuuẽtutis annos ingressus sum: semp beate viuere desideraui. q̃ nã sit in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

hoc mũdo vita beatior aperias. GIGO. dũ quis viuit: beatã vitam fili ne dixeris. Est em̃ illa nasonis poetæ rata sententia. Sed scilicet ultia semp. Expectanda dies hoĩ est: diciq; beatus. Ante obitum nemo sup̃maq; funera debet. Solon vir ille sapientissimus qui leges Atheniensiũ condidit: neminẽ in vita fœlicẽ vocari debere putabat. Quis tã vecors est, ut nõ cognoscat q̃; parũ fœlicitatis in hac vita futurũ sit in quã dũ intramus, primũ oĩm flere discimus. Quis sine lachrymis vitæ p̃sentis curriculum transit: quã si cõsideremus q̃; sit breuis & incerta ꝓculdubio Antho. crassum imitaremur: quẽ nunq̃; risisse Solinus meminit. Si forsitã alicui diutius fortuna blandit̃. non tñ ĩpunitũ abire ꝑmittit: & q̃;to tardior tãto grauior ꝓcella succedit. Referũt historię Policratẽ Samioꝝ tyrannũ aduersã fortunã haud semel expertũ: qui ne oĩs esset expers incõmodi anulum aureũ in mare ꝓiecit: quẽ breui post tp̃e dũ cenaret in piscis vẽtre forte repperit. sed qđ deus distulerat nequaq̃; abstulit. nã extremo vitæ suæ tp̃e cruci turpiter affixus ẽ. Quo fit: ut vulgare ꝓuerbiũ nõ sit om̃inovanũ: qđ differt̃ inq̃; nõ aufert̃. ADRI. Vera sunt q̃ dicis: sed ego vitã beatã voco illã: quã si quis ĩ hoc mũdo viuat: possit olim vitã ĩmortalem: quã nostri ęternã vocãt adipisci. GI. habeo: sed longiusculæ disputatiõis locũ adducis: in aliud tẽpus: q̊ plus ocij nacti erimus: differendũ. ADRI. obsecro ne molestũ tibi sit qd sentias dicere: nõ peto ut oĩa cribratim inquiras sed tantũmodo seq̃ris rerũ summa vestigia: hoc em̃ a te discere cupio: a q̊ multa subtiliter disputata: multa etiã sapienter prudenterq; iudicata cognoui: & da veniã: si virtutẽ tuã laudauero: q̊tienscũq; tuis disputationibꝰ intersum: Catonẽ illum de senectute disputantẽ videor videre. nec minus dicta tua obseruo q̃; olim seruari solebãt Delphici numẽ Apollinis GI. si tãto desiderio afficeris audire meã de hac re sententiã: tuę volũtati (quãtũ in me erit) morẽ gerã. Atq; utinã ego is essem qui aliqd dignũ expectatiõe tua cõmemorare possem. ADRI. volo sane ut hoc negociũ suscipias Pater: nisi forsitan tibi graue sit. GI. Quid ĩquis? hactenus nil graue mihi visum ẽ. q̃;uis magnũ: qđ aliquis fratrũ honesto desiderio cõpulsus: me poposcerit amicitiæ firmissimũ fœdus est idẽ velle idemq; nolle. ADRI. loqueris ut sapientẽ decet: nec aliter q̃; loqueris te factitasse existimo. Sed priusq̃; ulteriori loco ꝓcedamus: tria sunt q̃ peto: Pr̄o: qd sit vita fœlix. scđo in q̃bus rebus cõstet. postre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

mo si qui sint:qui hac tẽpestate:talem vitã viuãt.hic nostræ di
sputatiũculæ sit tripartitus ordo.GI.possem tibi multas huius
vitæ beatæ definitiões adducere:a diuersis autorib⁹:diuersisq;
i locis auditas:sed ne te multis morer:q̃ pacto ab Anneo Sene
ca diffiniat̃ accipe.Ego em̃ cũ illo sentio:btã inquitvita est illa
q̃ in recto certoq; iudicio stabilita est & imutabilis. ADRI. Si
placet iter nos ea lex esto:ut q̃tienscũq; aliq̃d obscurioris inter
dicendũ acciderit iterpellare possim.Solet em̃ plerũq; accidere
ut dũ verbũ obscurũ pretermittit̃:inde clarũ om̃e id qd' sequit̃
nõ intelligat̃:dũ auditoris animus ambiguo dicto repcussus
hesitat:nec põt illud ex memoria repellere.GI.Placet qd' dicis:
laude dignus es:audacter loquere.Luxuria a membris:igno-
rãtia a mẽte fuganda ẽ:ut Pythagorę placet. Ego semp in ado
lescente futuræ ꝓbitatis verissimũ signũ iudicaui.si velit doce-
ri qd' nesciat.Om̃is labor ꝓ acquirenda doctrina subeundus ẽ
pythagoras amore sapiẽtiæ usq; ad ægyptios & magos pene
trauit.Sic eius discipulus Plato:eodẽ se fatigauit itinere. Q uẽ
vult August.om̃e id qd' de deo loquutus ẽ a heremia ꝓpheta
qui tũc in ægypto viuebat didicisse.Sed ut de nostris dicã.Hie
ronimus vir ille sanctissimus testat̃ in quadã ep̃la:se a pueritia
litteraꝝ desiderio ferbuisse.Apolinarẽ itaq; Antiochiæ frequẽ
ter audiuit.Et dũ iam esset cano capite Alexandriã (ut audiret
Didimum)perrexit.postea bethlehem reuersus:hebraicas litte
ras:nocte silente:furtim didicit.Timebat em̃ qui eum docebat
ne Iudei hoc cognoscerẽt.nõ em̃ impune tulissent.ADRI.Pre-
clara sunt & notatu digna quæ hactenus dixisti:sed ut ad ꝓpo
situm redeamus: quid sibi vult id quod in definitione positũ
est.recto certoq; iudicio.GIGO.Ex eo quod recto dixit.vitam
beatam debere esse rectam significauit.rectum vero idem q̃ iu
stum significat:& quotiens aliq̃d oportere esse iustum dicimus
in eo oportere iusticiam esse demõstramus.de qua Euripidis il
la notissima sententia dicit̃ neq; lucifer neq; vesperus ita mirabi
lis.ADRI.Q uid est iusticia?GI.Iusticia est (ut Tullio placet)
virtus unicuiq; qd' suum est attribuẽs.Sed Liquidius a nostro
Hieronimo describit̃.Iusticia(inquit)est:nõ peccare:nõ pecca-
re est legis precepta seruare.ADRI.Dic quæso(quia mentio de
peccatis accidit)est ne verũ quod vulgo fertur. Non peccat in
quã qui nihil om̃ino facit.GIGO. Minuenda est pœnitus hæc
opinio.Nam legis obseruatio bifariam diuidit̃; ut nihil horũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

ĩnquã quæ ꝓhibent̃ faciamus. & nihil ex his q̃ iubent̃ p̃termit
tamus. Lex ipsa inquit. Auerte a malo & fac bonũ: nõ satis est
dixisse auerte: nisi addidisset: & fac bonũ. qui aũt nihil facit bo
nũ nõ facit. quia qđ nihil est bonũ nõ est. Non solũ oportet ut
vestitũ nõ spolies: sed etiã ut spoliatũ vestias. Iusticiæ duo sunt
membra: q̃ ab ea diuelli separariq́ꝫ nõ possunt: Pietas scilicet &
equitas. Pietas ẽ (ut Trismegisto placuit) ipsum deũ immorta
lem oĩm factatorẽ & gubernatorẽ cognoscere. Finis aũt pieta
tis ut cognitus deus adoret̃. Equitas est: non ea quã Tullius in
recte iudicãdo æqualitatẽ vocat: sed oĩbus æqualem se p̃bere.
cui cõtraria est supbia q̃ est om̄ibus se maiorẽ existimare. Mo-
net æquitas: ut nullus altero velit esse superior. nã quia indiffe
renter om̄ibus pater est deus: om̄es pariter germani sumus ex
eodẽ germine xp̃o inquã renati. ubi ista duo nõ fuerũt: ibi iusti
cia esse nõ potest. Potest etiã recto iudicio. rursus aliter intelligi
ita ut recto ĩterp̃tet̃. idest sano veroq́ꝫ iudicio. Sunt em̄ plærićꝫ
mortaliũ: qui ꝓpter opes clientelas: affinitates: seruitia: sodali
tates: hospicia. & ꝓpter alia hmõi fortunæ bona se beatos ex-
istiment. Sed hi om̄es recto veroq́ꝫ iudicio ꝓculdubio priuati
sunt. Nã si intelligerẽt: nos haud alia causa erecto vultu a sum-
mo rerũ artifice cõpositos esse. nisi ut q̃ supra sunt cõtemplare
mur. & q̃ sursum sunt saperemus. nõ se tot erroribus ĩpedirẽt:
tot stultitĳs obruerẽt. tot deniq́ꝫ tenebris confunderẽt. nõ sunt
hi fœlices appellandi. licet Mide opes possideant. quia recto ca
rent iudicio. nec reddunt unicuiq́ꝫ qđ suũ est: bonos floccipen-
dunt: sacra non curãt: deũ obliuiscunt̃. In talibus vita eoꝝ ver
satur: ut hæreditates vel iure capiãt: vel iniuria. pupillos expel
lant: pauperes crucient. Laborãt ambitionis morbo: aliud in
ore sonat: aliud in pectore clausum latet. amicitias & inimiciti
as: nõ ex re (ut Crispus inquit.) sed ex comodo sibi habent. Hi
sunt q̃bus antiqui clamitãt vates: gens antiqua atq́ꝫ peruersa:
heccine sunt q̃ deo reddis popule stulte & insipiẽs. & alibi. Sta
tuerũt oculos suos in terrã declinare. sed hęc de mũdanis dicta
sunt. Quid vero de his dicã qui quũ seipsos regere nesciũt: re
ligionis antistites fieri volunt: ut nõ solum suas: sed etiã alioꝝ
animas perditũ eant. his aduertenda Claudiani sententia. Tũc
oĩa inquã iure tenebis quũ poteris rex esse tui. Primo igit̃ sibi
moderent̃: deinde si libebit alĳs presint. Stantes in angulis: faci
enda p̃cipiunt; q̃ nec ipsi p̃cipientes faciunt. Quis hoc prauum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

eſſe iudicium nõ dicat: Non eſt igit̃ in illis (ut predictũ eſt) vita
beata: q̃ ſine recto iudicio ſtare nõ poteſt. ADRI. Recte mi pa-
ter ſentis & huic qđ dicis illud carmen Naſonis poetæ cõuenit
Pronaq; quũ ſpectent animãtia cætera terrã Os homini ſubli-
me dedit cœlumq; videre Iuſſit: & erectos ad ſydera tollere vul
tus. Quo fit ut dãnandus ſit ille ſocrates q ſolus Apolinis ora
culo iudicatus eſt ſapiens. hoc em̃ erat eius ꝓuerbiũ Quod ſu
pra nos nihil ad nos. Cuius etiam Lactantius facit mentionẽ
ſi recte memini. Sed ut ad p̃dicta reuertamur: locũ illũ de iuſti-
cia manifeſtius enuclea. ubi dictũ eſt: nõ eſſe ſine æquitate iuſti-
ciam: & æquitatẽ eſſe ſe oĩbus æqualem reddere. Dic queſo nõ
ne ſeruos & ancillas noſtri põtifices habẽt: q̃bus nõ modo nõ
æquales: nec ſolum ut ſeruo dominus ſolet eſſe ſuperior. ſed ut
ſemidei reputant̃. nõ ſunt igit̃ põtifices iuſti: GL. Abſit hoc faci
nus a noſtra religione fili: ut in p̃poſitis eius iuſticia nõ ſit. Sed
quũ nuper illud Lactantĳ cõtra gentes luculentiſſimũ opus ha
berẽ in manibus. repperi qđ huic queſtioni tuæ poſſit aptiſſi-
me reſpõderi. Ait em̃ ſeruos nobis eſſe: qui quidẽ tenuiores &
aſperiores corporis cultus habẽt q̃ dñi: qđ aũt ad animã per
tinet eadẽ cura ſtudio & iduſtria gubernant̃. Nam quũ homo
conſtet ex duobus: ex corpore ſcilicet & anĩa: q̃ inuicẽ contrari
antur. qm̃ illud terrenũ: hæc cœleſtis: illud mortale. hæc vero
ĩmortalis. Et iccirco non facile eſt utriſq; poſſe ſatiſfacere Cor-
pus amat cõuiuia: ſomnos & confabulatiões. Anĩa vero con
tra vult ieiunia; vigilias: & oratiões: qm̃ igit̃ (ut dixi) nõ poteſt
utriſq; ſatiſfieri: viſum eſt: utrũ hoꝝ dignius ſit: ut primo ei pa
reamus: deinde ſi poſſimus & alteri. Compertũ eſt igit̃ animã
corpori preferendã eſſe: q̃ fit. ut ſeruoꝝ animabus põtifices no
ſtri: nõ minorẽ ac ꝓprĳs diligentiã adhibeant: q aũt ipſi orna
tiores & politiores incedant nõ ideo faciũt. q membra ſua iu-
dicent eſſe p̃cioſiora. ſed ut dignitates & officia q̃ gerũt a ſeruo
rũ conditione videant̃ eſſe differẽtia. ADRI. Non opibus ſed
virtutibus prefecti debent excellere. GL. q magis neceſſariũ eſt
prius inueſtigari debet. que aũt magis ornamento ſunt. q̃ uti-
litati: poſtea ſi poſſint acquirant̃. Oportet ut põtifices ſint vir-
tute prediti. Primũ igit̃ virtus adipiſcat̃. Non abſurdũ eſt. pon
tifices tantũ habere diuitiaꝝ quantũ victui modico ſufficiebat.
Et qm̃ hæc ornamenta diuitiarũ neceſſaria omino nõ ſunt. nõ
primo ſed ſecundo loco querant̃ ita qđ nec ꝓpter ea virtutes

primo metham

Socrates d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

euanescant. Quis est qui nesciat æquũ esse. ut a discipulis ꝑcep
tor: nedũ virtute discernat̃: ver℞ etiã grauiori quodã & hone
stiori habitus priuilegio: partim quia discipulo maior precep
tor. partim quia modesta corꝑis ornamẽta: nõ paruo adiumẽ
to virtutibus animi sũt: ad tẽperandam grauitatẽ: ut vulgaris
tumultus ac cupiditas reprimi possit ac gubernari. Non est igi
tur dicendũ: iniq̃s esse põtifices: ꝙ splendidiores habeãt vestes.
Nam ipsa ęquitas: nõ extrinsecus: circa corpus: sed intrinsecus
in anĩo sedem suã habet. & qm̃ animi cogitatiões soli deo ma
nifestæ sũt: ipsi soli de ęquitate iudiciũ relinquendũ est. ADRI.
oĩa ad viuũ resecasti ita ut oĩs a me seclusa sit dubitatio: quod
euenisse puto: nõ solum quia sic se res habeat: sed etiã quia eli
mato & quadranti sermone: qui tibi & ab arte & a natura con
cessus est: hæc om̃ia disseruisti. Ornata em̃ politaq; oratiõe: ve
ritas ipsa potẽtius in auditor℞ animos influit. GI. Vidimus ha
ctenus quid esset vita beata: q̃ posita est iusticia. Iusticia em̃ om
nes alias virtutes tanq̃ filias suo genio concludit. Nunc viden
dũ puto: quibus gradibus ad ipsam iusticiã ascendat̃. ADRI.
Miro discendi ardore ferueo: expecto quid dicas. GI. tria sunt
quæ connexa & simul cõglutinata: ad vitam beatam plurimũ
conferũt: diuisa vero & separata: parũ adiuuant. sunt aũt hæc
ut nominatim dicam: Pudicitia: contemptus & iusticia. Et una
queq; istar℞ virtutũ: nõ ꝓpter se: sed ꝓpter aliam querit̃. Prio
pudicitia flagitat̃ ut cõtemptus mundi sequat̃. nã mundus ab
his facilius cõtemni poterit: qui coniugali vinculo soluti sunt
Nam postq̃ carnalibus illecebris ceperũt oblectari: & in senti
nam vicior℞ corruerunt perditi sunt: & penitus desperandũ est
de salute eor℞: nisi misericordi diuinæ potentiæ digito subleua
ti fuerint. Querit̃ item cõtemptus mundi: ut iusticia reperiat̃:
repertaq; fruamur: q̃ difficile conspici potest: qui se negocijs sæ
cularibus inuoluunt. Nam cõiugis & liberor℞ cura: & ipsa res
familiaris: a recto iudicio mentes hominũ reuocant. Pauci tñ
recte viuere incipiunt: sed tñ ni diligẽter caueant (vicijs blandi
entibus) a recto calle deuiant. primo igit̃ (quibusdã contractis
pactisq; legitimis) opes querũt. at ubi gustarũt q̃ bona sit nego
ciatio: in usuras paulisper incidũt. deinde furtim aliena rapere:
pupillos spoliare: & ꝓximos nõ abstinent. postq̃ aũt incalluit
hæc consuetudo: furtis & sacrilegijs (mõ lateant) miniẽ parcũt
sic malum malo trudit̃. hæc oia in tantũ usum cõuersa sunt: ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

nō ꝓ vitiis (ut sunt) sed ꝓ virtutibus in mundo nūc habeant. & si quis taliū rerū fuerit expers: tanq̄ ignauus ab omi poplo repellit. Quare satyricus noster Aquinas merito cōqueritur. Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignū. Si vis esse aliquis: ꝓbitas laudat & alget. diuitiæ ꝓculdubio sunt humani generis exitiū: nec sinūt iusticiā in nostris regnare pectoribus. Quæ res minie Persiū latuit. inquit em̄. Q̄d si dolosi spes refulserit minimū: coruos poetas & poetridas picas. Cantare credas pegaseum melos. adde q̄ talis est opū natura: ut nunq̄ satis esse videant. qđ viciū: romanis antiquis Ouidius versibus his obiicit. Creuerūt & opes: & opum furiosa cupido. Et quū possideant pluria. plura petūt. O diuitiaꝝ sacra fames: cur nō mortalia pectora regis: ꝓpter te q̄tiens violata est iusticia: propter te Sicheus truncat a fratre. Dido patit exiliū. Polydorus membratim secat. Recte Thebanus Crates: suas opes in cecū pelagus abiecit mersitq̄ illas: ne mergeret ab illis. hæc igit emētibus nr̄is extirpari oportet: & tanq̄ i domū suā introducēda est iusticia: ubi suas possit figere radices: & fructus afferre mirificos. ADRI. Nonne fuisset satius: si diuitias quas thebanus ille phūs in mari demersit: pauperibus tribuisset: GI. fuisset utiq̄ melius. sed forte metuebat: & si pauperib⁹ dedisset: illis accidisset: qđ ipse fugiebat. ADRI. & forsitan hoc illi in mentē venerat. sed qm̄ circa illa q̄ superius cōmemoraui: omnē rem versari perpendo: quō unūquodq̄ illoꝝ assequi possimus: audire desidero. Et dabis veniā: si q̄ dicis: tardius apphendo: quū sim a teneris mantuæ nutritus: ubi hoc vitiū a densioris cœli qualitate cōtraxi. GI. tu cū Cicerone sentis: ut edictis tuis perpendo: Refert em̄ (ni malememini) thebanos fuisse igenio pinguiores Athenienses vero perspicatiores & acutiores extitisse. Iccirco: quia crassus aer & pinguis erat thebis. Athenis vero rarior & subtilior apparebat. Sed hæc omittamus. qđ nunc instat agamus.

De castitate.

Castitatē septem modis assequi poterimus. firmo inq̄ ꝓposito: modico cibo. exercitio cōtinuo raro bonoq̄ colloquio & cōsuetudine: sensuum cōtinentia: p̄miis futuri p̄meditatiōe: auxilio diuino. Septē hæc: arbitrio nr̄o pcurramus dicemusq̄ nō tā eloquēter q̄ sapienter. nā semꝑ magis studui sapiens fieri q̄ eloquens. qui em̄ facunde dicūt suauiter: qui sapienter utiliter audiunt. sed primū modum arripiamus.

De firmo proposito.

SI quis (qd' facturus est) prudenter agere voluerit. Circa qd' faciendū est. tria considerabit. an illud inquā qd' voluit honestum sit an turpe. utile an inutile. delectabile an nō delectabile. Si res fuerit tantūmodo delectabilis ita qd' honestate omni atq; utilitate sit priuata hæc omino fugienda ē in q̄ genere sunt lasciui cātus. & cithararū strepitus: q̄ infirmas iuuenū mentes alliciunt. Sunt etiā in hoc genere saltationes & choreæ. & oēs corporis illecebre. Si vero res fuerit delectabilis & honesta: apud oēs natiōes nō laudo. honestas eī nō una est apud oēs sed qd' apud aliq̄s honestum videbit̄: apud nos erit turpe: verbi gratia apd' Epicurū honestum erit misceri cū uxoribus: & corporeas necessitates in ꝑpatulo & corā omni populo facere. Si quis igit̄ apud homīes huiusmodi fuerit: uti hac honestate non debebit. Si vero tale honestum erit ut fidei xp̄ianæ nō deroget. concedendū est. queadmodū est. uxorē ducere. talibus se uestibus ornare: ut nō solum utilitati corporeæ sed etiā honesto cuidā decori nō luxurioso consulant. Si vero hæc tria simul in aliq̄ reperiant̄: ita ut sit & delectabile & honestum & utile. adhuc est cogitandum. cuiusnā sit illa utilitas an corporis & an animæ an utriusq;. Si tantum corporis: Turpe quidē erit xp̄iano si fecerit. si animæ: toto conatu totis viribus īplendum est. In q̄ genere sunt ieiunia: abstinentiæ: ꝓ fide mortem obire & martyrio coronari. Si utriusq;. cauendum est ne plus corpori q̄ aiæ tribuat̄. ut in tēperatis cibis sumēdis qui si ut dixi tēperati sint corpori ꝓsunt & animę. videndum itaq; est: ne minimū id quidē: plus corpori det̄ q̄ animæ. Si res illa fuerit corpori cōtraria: animæ vero utilis. faciendū est ut appetitus obediat rationi. & Salustianū illud aduertendū. Animi īperio. corporis seruitio magis utimur. postq; igit̄ quid sit faciendū cognoueris. opus est ut nō differas. nō ambigas. nō hesites: sed toto mentis amplexu viriliter animosæq; suscipias. At recorderis illius qd' ait. Comicus. dū in dubio est animus paulo momento vel huc vel illuc cōpellit̄. Quoniam igitur castitas secum fert utilitatem & honestatem. unusquisq; suo proponat fortiter ī animo. castitatem obseruare. quod qui fecerit ad alios gradus ascendere facilius poterit.

In Andria

De modico cibo

SIcut cibus īmoderate sumptus. detestandā suscitat ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

nerẽ:ſic moderatus:puriſſimã tueť caſtitatẽ.Sed in hoc maxĩa
pars mortaliũ fallit:qui dũ ignorant qd ſit abſtinentia.om̃e eſ
culentũ(p̃ter carnes)ſibi cõducere putant.nec anĩaduertũt:ꝙ
in herbis etiã quibuſdã:venenũ lateat:ut in eruca:q̃ quia cali/
diſſimæ naturæ eſt:venerẽ reuocat.In leguminibus etiã luxuri
oſæ cõditis:titillatio carnis abſcõdita ẽ.q̃ fit ut quidã vir ſapi/
ens nuper diceret.eũ qui vellet cenobij curã gerere:philoſophi
am naturalem(quã phyſicã græci nominãt)ignorare minie
debere.Sũt em̃ plærıq; cibi:qui in uſum q̃tidianũ veniũt:a qui
bus niſi ſpiritualis miles ſe diligẽter abſtinuerit:carnis intole/
rabile certamẽ experieť.Quare nr̃ Hiero.& doctrina & rerũ
uſu ſapientiſſimus dicere ſolebat.nullum cibũ caſtitatẽ curanti
bus eſſe utiliorẽ:q̃ꝫ olera palladis liq̃re pfuſa:& eo quidẽ mo/
dico.Itẽ piſces(niſi minutiſſimos)ꝓhibebat.qđ iſti neſciũt vel
ſi ſciunt(qđ grauius eſt)aſpernãtur.qui cœnare neſciunt:niſi
vel oſtreas vel timalum vel aliqđ hmõi anĩal habuerint.atq;
utinã hmõi hoĩes:q̃ ingluuiem ſuã ſatiare poſſent ꝓpe litora
Ganſis habitarẽt.in q̊ ut Solinus teſtis eſt.tantæ quãtitatis an
guillæ naſcunť:ut ad pedũ tricenoꝝ ꝓceritatẽ accedant.ſed de
his q̃ hactenus dixi melius cõſulendi ſunt medici:ne videamur
partes illoꝝ ſurripere.Ego hoc infero(Hiero.auctoritate fræ/
tus)parcũ cibũ triduano ieiunio preferendũ.nec licere cuiq̃ꝫ ca
lidiſſimis cibis uti.niſi vel infirmitate vel longo ſenio cõfectus
ſit.ADRI.Nunc tẽpus eſt quendã ſoluere:qui nõ ſolũ me:ſed
etiã pleroſq; alios dubitare nõ parũ ſæpe coegit.GI.vaticinor
quid ſit qđ vis dicere.ADRI.nec miror:eſt em̃ famoſa queſtio
GI.tu tñ dic:homo ſum & falli & decipi poſſum.ADRI.qua
intentione:q̃ fine:hæc oĩa deus ĩmortalis fecit:ſi hoĩbus veſci
nõ licet:an ut pereant:GI.nõ fecit hęc deus ut pereant:nec quic
q̃ꝫ in mũdo ita perit:ut ad nihilũ redigať:ſed formã mutat.cor
pora nr̃a nõ pereunt:ſed in ea elemẽta ex q̃bus conſtabãt reſol
uunť.Sũt etiã qui dicũt medullas nr̃as quũ ſepulti iacemus a/
nimari:& in anguẽ cõuerti.q̃ res:& ſi fortaſſis vera non ſit:mi
hi tñ videť eſſe veriſimilis.nã ſicut p ſerpentẽ inter hoĩes mors
nata eſt:non abſurdũ erit:ſi dicať hoĩs morte ſerpentẽ naſci:ni
hil igiť(ut prediximus)om̃ino perit:cuius ſentẽtiæ autor ẽ Py
thagoras:quã nr̃ Ouidius duobus verſibus elegãter expreſſit
Ait em̃.Nil perit in toto quicq̃ꝫ(mihi credite)mundo Sed vari
at faciemq; nouat.naſciq; vocať.Nec fruſtra deus hãc denſiſſi/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

mā (variarꝫ rerū) siluā fabricauit. sed fecit (quantū cōprehendere possum) tribus potissimū causis. ut potentiā inquā suam exprimeret. ut īgenia nr̄a in ocio torpere nō sineret. ut postremo infirmitati nr̄æ subueniret. Et ut ad primū reuertar. quis inter hoīes tā solertis īgenij reperit̄ ut alterū mundū fabricare posset? Quis zeusis? quis Appelles? quis phidias (ut de pictorib⁹ loquar) tā viuacē colorē: & in herbis: & in floribus īprimere posset? Quis possit hominē (opus admirabile) cælestis sp̄ūs capax: formare? At ut altius ascendā: cœlū deuexū: tot sideribu⁹ pictū mirabili solis lumīe preditū cōponere? Atqꝫ hæc oīa deus ipse fecit. ADRI. nōne memoriæ traditū Archimenidē Siculū: in aere mundū formasse: & ꝑ syderū motus varias anni vices disposuisse. ꝓterea nōne referūt etiā prometheū fecisse hominē non igit̄ tam mirū est: si deus hæc ægerit: q̄ potuerūt & aliqui facere. GL. est aliqd qđ dicis: sed age iterꝫ ruminemus. Dicis Archimenidem fecisse mundū: putas ne fecerit nebulas: putas ne æstatē: putas ne solstitia et æquinoctia posuerit: fatuū est ea credere. qđ si fecisset: hoc deerat: qđ nō erat tā capax ꝙ iste quē vidimus. Qđ aūt dicis prometheū fecisse hoīem: si sane itelligeres nō hæc diceres: fabula est nō historia: q̄ tn̄ aliqd veri ītrinsecus habet. Aiūt em̄ ꝙ Prometheus fecerit hominē: qa primus fuit qui statuas fabricauit. Sicut etiā dicūt Cecropē fuisse biformē: qa primus fuit qui & marē & feminā matrimonio copularet. Fecit igit̄ hæc īmortalis dn̄s ut ea nos contēplaremur eorūqꝫ arti: ut nostrā imbecillitatē & inertiā cognoscētes humiliaremur: ut ꝑ humilitatē eo scāderemus. vn̄ ꝓpter superbiā ceciderūt angeli. Vides tot animātia diuersarꝫ formarꝫ diuersis & coloribus & virtutibus ornata? Vides anni tpa ꝙ prudenter disposita sint? Prio ver nouū sic dictū: ꝙ tūc reuirescant oīa. & ut Maro nr̄ inquit Et tunc oīs ager: tūc oīs parturit arbos. Tunc frōdent siluæ: tunc formosissimus annus. Primo veri: succedit æstas: q̄ precipue charitatis exemplum p̄ se ferēs: fœtus oēs q̄s ver parturierat: suscipit educādos: a q̄ si quid impfectū relictū fuerit: supueniens autūnus ad unguē perficit: & manū summā īponit. tūc agricola quicqd sperādo telluri crediderat: cū centeno fęnore colligit. & qm̄ deus īmortalis aduertebat: annū gignendo: educando: & maturādo iam esse defessum: quietū tempus & vacuū laboribus adiecit: qđ vocāt hyemē. ADRI. quare factū est. ut tres anni ꝑtes in sudoribus: unā tm̄ in quiete po

fuerit deus. GI. placet ꝙ mihi ĩ memoriã reduxisti. Diffusus la
bor: succincta quies: strennuũ delectãt militẽ. Si hũanæ naturę
fragilitas pateret̃: nunq̃ esset a labore cessandum. hoibus inq̃
Oportet em̃ ut hoc miserabile corpus: qd' aĩam nostrã assidue
ꝓuocat ad libidinẽ: assidue suscitet̃ ad laborẽ: queẽadmodũ pa
ter sanctissimus Macharius solebat. qui dũ silenti habitaret in
heręmo: magnã arenæ molem humeris huc illuc ferebat. & in
terrogatus: qd totiẽs hoc faceret se vexare a q̊ vexabat̃ (ipse hy
podiastole) rñdit. Sed hæc hactenus de diuina potẽtia dicta sũt
In his paulo longior sum: qm̃ et vita btã de qua nunc agit̃ mi
nime aliena. ¶ Deinceps de scd'a causa dicat̃. Nosti anĩas nr̃as
intelligẽtia & ratiõe p̃ditas. Sũt itaq̃ anĩæ his virtutibus arma
tæ: tanq̃ milites ꝓcessuri ad bellum. Sed qm̃ nescio qd turpissi
mũ est in ocio ꝓiecta virtus: & ut vanũ est: quenq̃ armari nisi
sit cũ hoste pugnaturus: sic ꝓculdubio supfluũ videret̃ & va-
nũ. anĩas nr̃as ratiõe muniri: nisi sortiant̃ aduersariũ: cui virili
ter suũ reluctando queant robur explicare: & vires suas exerci
tio firmare. Voluit igit̃ ut nobis hostes essent lucanica. tucetũ.
sumẽ omentũ et alia q̃pluria. q̊ꝶ noĩa norũt hi qui luxurię et
vẽtri dediti sunt. Et eã legẽ posuit (q̃ solet ĩter hostes obseruari)
ut qui victus inq̃ fuerit victori subĳciat̃. & qui vicerit ĩperaret
Si corpus animã vicerit: victã secũ trahet ad infernũ. Si vicerit
anĩa corpus: secũ ad cęlestia subtrahit. ¶ Post hac de tertia cau
sa agat̃. Et summus & optimus deus nõ solũ aĩaꝶ nr̃aꝶ: verũ
etiã corpoꝶ curã gerit. q̃ qm̃ voluit diuersis languoribus esse
subiecta: qbus (ut solet aurũ in igne) purgarent̃ ne forte defice
rẽt: in herbis & lapidibꝰ abstrusit medicamẽta. q̃ iccirco voluit
occultari: qa sciebat se rationẽ oĩm acutissimã indagatricẽ no-
bis tribuisse. ADRI. qd opus ẽ ut corpibus nr̃is adhibeamus
medicamĩa: oĩa anteq̃ fiant deus p̃nouit. Et qa ipse falli nõ põt
oportet ut eueniant sicut ipse p̃uidit. si g̊ deus p̃uidit me ex hac
infirmitate moriturũ: siue medicũ accersiri faciam siue nõ: quia
ut p̃dixi falli nõ põt: ut moriar necesse est. GI. Ne videamur in
aliã materiã transilisse: questioni huic breuiter respõdendũ est:
quamq̃ deus a pricipio cognouerit: utrũ ego in doctum vl' ig
narũ virũ euasurꝰ sim: nõ tñ debeo p̃ceptorẽ spernere. nã deus
sciuit me doctũ futurũ si studĳs operã dedissem: & futuꝶ igna
rũ: si lr̃as aspnarer. nouit deus ea cõditiõe posse te sanari: si uta
ris cõsilio et opa medicoꝶ: et de silibus idẽ est iudiciũ. ADRI.
oĩa prudẽter elegãter et scite disputasti: et nihil ĩ tactũ reliquisti

fateor q̃ dicis vera esse. Tu ex aĩo meo: rubiginẽ quandã igno
rantiæ detersisti. sed si placet de cõtinuo exercitio dicere: aggre
diamur qđ superius tertio loco constitueras: de cõtinuo exerci
tio. CI. Hiero. in eo libello qui de mõ viuendi in monasteriis
inscribit̃: dicit. oĩs ĩmundiciæ atq̃ peccati matrẽ esse ociositatẽ.
qđ quia verũ est: sequit̃ oĩs mundiciæ atq̃ meriti matrẽ esse ex
ercitationẽ. Contrariorũ em̃ cõtrarii sunt effectus: nõ aũt om̃e
exercitiũ est laudabile: sed solũ illud qđ his duabus differẽtiis
limitatũ sit: assiduitate scilicet & honestate: Assiduum oportet
esse: quia necesse est ut qđ semp oppugnat̃: semp q̊q̃ defendat̃
ppterea mens nr̃a in cõtinuo motu persistit: & oportet ut sem
per aliq̃d & inquirat & excogitet: siue id bonũ sit siue malum:
quũ etiã memini me vidisse hoĩes: qui quidẽ quæ nesciebãt in
somnis didicerũt. & tenaci memoria retinuerũt: vñ nec dormi
entiũ quiescũt animæ: igit̃ si quid honesti exercebimus: circa id
honestũ versabit̃ aĩa. Si vero in ocio marcessemus (qm̃ sumus
a natura in malũ pcliuiores) cogitatiões ĩpudicæ latenter sub
intrãt: quas nisi cõfestim remoueamus: miserã strangulant ani
mã. heu me miserũ q̃ iactura: si vero fortiter animosæq̃ repel
lamus: tandẽ p illam cęlestem hierusalem (ĩperatoris more) vi
ctores coronati: triũphantes incedemus: tũc oẽs cælicolæ astã
tes dicent. hæc est qui mortalia spernens: acquisiuit ĩmortalia:
diem festũ agamus: & fratris nr̃i natalicia hodie letãtes celebre
mus. O patria btã: vel patria cælestis. ex hac sentina malorũ: ad
te suspiramus: ex hoc remotissimo litore pcul aspicientes: vix
te discernere possumus. Erit ne unq̃ dies illa dies exultatiõis &
leticie: q̃ nobis: qui iam curriculũ p̃sentis vitæ transegimus: &
qui in studio certaminis valuas aperiens: a tristicia ad gaudiũ
ab odio ad amorẽ: a morte ad vitã vocare dignaberis. Sed de
his alias. Oportet ut exercitiũ (p̃ter illa q̃ diximus) sit honestũ:
q̃ fit. ut pentachiũ vituperẽ sub q̊ ludorũ species q̃tuor assignã
tur Iactus inquã disci: Cursus Iaculatio & luctatio. Nõ iubeo
ut quis in publicũ pcedens: exutis vestibus: & correpto grandi
silice: tota die frustra desudet: nõ ut celeritate pedũ currẽdo cer
tet. nõ ut scorpiones aut arcus manu gestans: Alchonẽ studeat
imitari: qui quũ videret filiũ suũ a serpẽte necari correpta sagit
ta & opposito genu tetendit arcũ: pcussitq̃ serpentẽ nec filiũ te
tigit: q̃uis cũ serpẽte mixtus esset & inuolutus. hæc studia non
multũ laudo. ADRI. qd de agricultura sentis: CI. agricultura

iudicio meo dignissima est & honestissima: nō tñ graui rastro
terrā fodere & in agris vomere sulcos: & porcas inducere om
nino iubeo: sed hortulū seminare: ulmo vitē coniūgere: arbo-
res inserere. i. ex siluestri domesticas facere: & ꝓpagines sepelire
quis nō laudet; In his delectet̃ qui vult vitam beatā ducere nec
doleat ꝙ filios coadiutores nō habeat: qm̄ ut Guido nostri tē
poris grauissimus phūs dicere cōsueuit. Incognita beatitudo ē
liberoꝝ priuatio: legat hos qui de agricultura scripserūt & Ca
tonē & Virgiliū & græcos si linguā nouerit: & hesiodū & de
mocritū. Sciatqꝫ queādmodū Cato primus in ea arte scripsit a
pud nos: & apd' Græcos hesiodus: noritqꝫ osirim: vel (ut aliꝫ
volunt) tryptolemū: primū boues ad aratra iunxisse. & sterco
risandi artē prīo a Sterculo quodā repertā: cui Picus Romæ tē
plum cōstituit. nōnulli tñ fuisse saturnū volunt. Discat etiam;
primus qui vitē plantauerit vinūqꝫ collegerit: fuisse nō bacchū
quendā ut ꝓhibēt: sed Noe; ut testamentū vetus asserit: & Lac
tantius approbat; si hæc oīa cognouerit: maiorē animi volup
tatē sentiet: nec pudebit eū terrā colere: de qua tot p̄clara viroꝝ
ingenia scripserunt. sed exercitiꝫ partē optimā omisimus: nihil
em̄ de studio litteraꝝ diximus: q̊ nihil melius excogitari pōt.
Studeat itaqꝫ beatæ vitæ diligēs inquisitor: optimā sibi biblio
thecā cōparare. sacros gentilesqꝫ libros in ea recōdat. Est em̄ ut
August. (ī eo libro qui de xp̄iana doctrina inscribit̃:) dicit Sci
entia secularis nō solū nobis utilissima: veꝝ etiā necessaria. pro
pter tropos & figuras qbus sacræ plenæ sunt historiæ. Sancto
rū philosophorūqꝫ vitā lectitet: & īquirat quænā fuerit illoꝝ
de vita btā sentētia: studeatqꝫ maxīe platonicos (qm̄ pluria re-
cte sentiūt) imitari. philosophiæ morali fiat familiaris: q̃ in tri
fariā diuidit̃. In politicā œconomicā: & monasticā. Volumia
tria M. T. Cice. qui de officiꝫs scripsit; semꝑ in manibus habeat
& studeat q̃ legerit imitari. legat historias: autores nouerit oēs
quicqd legerit tenaci memoria teneat: & qm̄ ut p̄dixi opus est:
ut bibliothecā habeat. discat qui fuerint antiq̊ꝝ: qui maximā
libroꝝ habuerūt copiā. & eoꝝ emulus efficiat̃. ADRI. sed qui
fuerūt qui maximā libroꝝ habuerūt copiā. GI. Pisistratus A
theniensiū tyrānus. primus apd' græcos bibliothecā cōdidit.
quā Xerses incensis Athenis vexit in Persas. longo post tpe Se
leucus nicanor in græciā reduxit. postea magnus Alexāder ad
cōparandos libros animū intendit; & Philadelphus Pisistrati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

æmulus: nõ solum gentiles. sed etiã diuinas litteras voluit. Huius tẽporibus fuerũt in Alexandria. lxx. interp̃tes. qui ut Aug. (in eo libro qui de doctrina xp̃iana inscribit̃) dicit. testamentũ vetus ita interp̃tati sunt: ut singuli ĩ singulis cellis reclusi essent & cõpleto opere factũ est: ut in uniuscuiusq; interp̃tatione: nõ solum idẽ sensus: sed etiã eadẽ verba: & eodẽ ordine posita reperta sint. ADRI. res auditu mirabilis: equidẽ credo cœlestem spiritũ mentibus eoꝵ insedisse. GI. tecũ sentio. Qui primus librorũ copiã Romã vexerit Paulus emilius fuit: deuicto perse Macedonũ rege. Postea lucullus e põtica preda. Et post hos Iulius Cesar Romanoꝵ primus ĩperator: summæ bibliothecæ constituendę M. Varroni ꝓuinciã dedit. Primus aũt pollio bibliothecas & grecas & latinas romæ publicauit. addens autorũ ymagines. Et ut de xp̃ianis dicã Pamphilus martyr. cuius vitã scripsit Eusebius Cæsariensis in bibliotheca sua: triginta voluminũ milia collocauit. Dixi superius qui velit in hoc exercitio versari. debere q̃ diximus agnoscere. qm̃ & hisce ad studium accendit̃ animus: & studet æmulari: & ad aliq̃d predarũ excitat̃. ADRI. At oẽs habere bibliothecas nõ possunt. GI. fateor: sed habentibus studeant adherere: & om̃e tẽpus qđ in cõparandis libris dandum erat: id omne in assidua lectione consumãt. sic docti: sic illustres euadent. sic deniq; mens nr̃a in his liberalibus studijs occupata: via regia gradiet̃. nec ad dextrã nec ad sinistrã declinabit. ADRI. tetigisti qđ iã diu multũ dubitaui. q̃d est via regia: & dextra & sinistra ꝓcedere. GI. Virtutes semꝑ in medio cõstituunt̃: vicia vero dextra & sinistra locant̃ media via regia dr̃: qm̃ is demũ se regere nouit: qui via media ꝑambulat. Vt aũt qđ dicimus clarius elucescat: exemplũ subijciã. viciũ est nunq; ridere: nunq; hilarẽ vultũ deꝓmere: & qui hmõi fuerit: rusticũ nomĩabo. Rusticitas igit̃ ꝓ vicio reputat̃. Qui semꝑ rideat semꝑq; lasciuiat scurrã appellabo: quẽ utiq; nõ laudo: qm̃ viciũ est. qđ vero mediũ istoꝵ est: aliq̃n mediocriter ridere: amicis & hospitibus letã faciẽ exhibere: dignũ laude iudico. quã rẽ qui sciuerit obseruare: comis noĩabit̃. ipsa autẽ virtus comitas. Sic igit̃ cõstitui poterĩt. ut logicos imitemur.

Dextra	Via regia	Sinistra
Rusticitas	Comitas	Scurrilitas
Iracundia	Ira	Segnicies.

Vides ne qualiter via regia gradiendũ sit. ut de scurrilita

te diximus. ſic pariter de iracũdia fas erit dicere. ADRI. habeo
q̃ dicis. et recte quidẽ dixiſti neceſſariũ eſſe caſtitatẽ curantibus
exercitium nã primo græci: poſtea romani: pudicitiã colentes
dixerũt. Dianã q̃ caſtitati preerat: & nemora & ſaltus aſſiduis
venationibus agitare. & corpus ſuũ: ut noſter paulus: in ſerui
tutẽ redigere. Aduertebãt em̃: neminẽ: ut p̄diximus: ſine mem
broꝝ exercitatiõe: poſſe diu illeſam cuſtodire virginitatẽ. Sed
ſi placet iã de raro colloquio: qđ quarto loco poſitũ eſt: dicat̃.

De taciturnitate.

GIGO. oportet oĩno: ut qui velit eſſe caſtus: caſto ſermo
ne ſtudeat uti: ſermo aũt noſter caſtus erit. ſi raro hone
ſte: & cũ bonis habeat̃. Rara dixi. qm̃ difficillimũ eſt linguã lu
bricã ita gubernare: quin ſi diu loquuti ſimus: verbũ aliqđ im
prudenter excidat: ex q̊ aliqđ inhoneſtũ oriat̃ in aĩo: & paula
tim ſurrepat & altius figat radices: ut difficile poſſit amoueri.
ſed hoc magis periculo q̃ꝫ ratione cognoſci potes. nõ ſufficit ut
ſit ſermo breuis: niſi fuerit honeſtate præditus. Vñ paulus no
ſter ĩquit. Corrũpunt bonos mores colloquia mala. qđ tñ eſt
a græco poeta tranſlatũ. Legimus nõnullos e noſtris: qui ut ſi
lentiũ diſcerent: & loqui dediſcerẽt: ore clauſo: triennio lapidẽ
geſtauiſſe. ADRI. mirã cõſtantiã hoim narras. GI. Si hęc tãto
pere miraris. qd de Socrate dices: q̃ ea cõſtantia fuiſſe dr̃ ut per
dius & pernox a ſummo lucis ortu: alteꝝ orientẽ ſolem in eiſ
dem veſtigiĳs ĩmobilis: & oculis eundẽ locũ ſemp̱ defixis: co
gitabũdus ſtaret: quaſi quodã mentis deceſſu facto a corpore
Nihil eſt tã difficile quin facile fiat ubi pigra & iners voluntas
abfuerit: debet nõ ſolũ ſermo nr̃ breuis et honeſtus eſſe ſed etiã
cũ bonis haberi. vera em̃ ꝓphete ſñia. Cũ ſancto ſanctis eris: et
cũ puerſo puerteris. Cauenda ẽ oĩno maloꝝ cõſuetudo: & in
aliquẽ locũ ſemotũ a turbis hoĩm ſecedendũ: et in ſctõꝝ fratrũ
conuentũ: bene beateq̃ꝫ viuendũ eſt: ubi oĩbus q̃ ad dei ſeruitu
tẽ ptinent: diligẽter exactis: poſſit reliquũ tẽpus ĩ ſtudĳs (q̃ pre
diximus) occupari. ADRI. g̊ ſolitudinẽ vituperas: in qua prio
patres nr̃i Helias. ſ. & Heliſeus: necnõ Ioannes: cui baptiſta gre
cũ cognomẽ eſt: habitauerũt. GI. nequaq̃ꝫ herẽmũ vitupero: in
q̃ dũ Plinius ſecũdus eſſet: dicebat ſe nihil audire qđ audiuiſſe
nihil videre qđ vidiſſe penituiſſet. veꝝ paulo periculoſiorẽ eſſe
affirmo: et niſi p̱fectis viris appetendã. nã ſi ſis ſolus veliſq̃ꝫ qc
q̃ꝫ turpe facere neminẽ vereberis: ſi cecideris nõ ẽ q̃ te ſubleuet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

In cenobio aũt & quem verearis: & qui tibi sit adiumẽtõ ne cadas; & qui deniq̃ subleuet si cecideris: semp̃ habere poteris: vñ Hiero. vere beatę vitæ cõpos dicere solebat: funiculũ triplicem tardius rũpi. ADRI. habes ne de gentiliũ historiis quicq̃ qđ ꝓposito nr̃o de silentio congruat. CL. Habeo multa q̃ narrare possem. sed preclarũ istud xenocratis in primis habeo. Is cum forte semel in multitudine iuuenũ esset qui vitas alioꝝ moresq̃ carperẽt: solus tacebat. nec verbũ quidẽ expressit: & ꝑcõtanti cuidã cur tã diu taceret: r̃ñdit se penitu sse aliqñ dixisse: tacuisse vero nunq̃. Iste v̾o cũ nr̃is (de qbus sup̃ mentiõnẽ feci) rite cõcordat: qui idcirco taciturnitatẽ tãto studio obseruabãt: qa ĩtelligebãt & cælũ sine castitate: & castitatẽ sine silentio cõparari nõ posse eẽ q̃ recta ĩtelligẽtia gubernanť. Hi ꝑfecto habiti sunt digni q cælũ colerẽt: qa mũdi ab oĩ terrena labe reperti sunt. Imponendus igiť ori nr̃o quidã modus: ne quicq̃ plusq̃ sit necesse loq̃mur.

Valerius li. 3.

¶ De cõtinentia sensuum.

CAstitatis firmissimũ munimẽ est: exteriores cohibere sensus: nã quicqd oculi vident: quicqd aures capiunt: quicqd manus cæteriq̃ sensus accipiũt: confestim cordi: tanq̃ omniũ principi nũciant. in q̃ oĩs nr̃a reposita salus Quare ꝓpheta dep̄cabať dicens. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ. Timebat eẽ ne si oculi aliqd vani conspexissent: & intrinsecus attulissent: mens ipsa macularet. quã decet esse niue candidiorẽ: & quia quinq̃ sunt sensus. longũ esset unũquẽq̃ tractare. sed quecũq̃ de uno hoꝝ dicenť: eadẽ de cæteris dici intelligať. quicqd de visu tactuq̃ dicemus: de auditu: pariter & odore: & sapore ꝑcipias. Cõuenit igiť visum auditũ & tactũ & cæteros prudenter & cũ virtute gubernari: qui nobis a deo cõcessi sunt: ut diuina audiamus & videamus: & ut visa & audita in secessu mẽtis arcano reponamus: et seposita nõ tanq̃ mortua teneamus: sed ut diligẽter operemur: & si forte quẽ videris ignorantẽ: debebis eũ docere q̃ scieris. Nam ut ĩquit August. Si noueris aliqd nec velis id alicui monstrare. nondum cognoscis: q̃ pacto cognoscendũ est. Nihil audiendũ est: nisi qđ iustũ & sanctũ sit. & imortalis dei laudem resonet. Non adhibendæ sunt aures quibusdã assentationũ lenociniis: qbus maxime solent capi hoĩes: dũ se tantũmodo extrinsecus inquirũt. et dum magis alioꝝ verbis q̃ sibimetipsis de se credunt. Si aũt cõtigerit hoc pacto laudari. Carmẽ illud Flora. memoria teneamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Nec te decipiant animi sub vulpe latentes. Et itẽ illud Catulli. Nos alio mentes alio cõuertimus aures. Sed q̃d de odore dicã cũ etiã in saty. Iuuena. Delicatus & odoribus plenus iuuenis. a meretrice reprehendat̃. ait em̃ illa. Vnde hæc spirant opobalsa ma collo. Dic age: nec pudeat dominũ mõstrare tabernæ De tactu loquar nescio. nõ em̃ potest p̃ magnitudie sceleris enarrari. neq̃ quicq̃ est q̃d magis animã coinquinet & inficiat. Nota est Architæ tarentini sententia. Dicebat em̃ nihil fedius: nihil periculosius: mentibus hũanis a natura datũ q̃ voluptatẽ. Hinc R. p. subuersiones. hinc tacita cũ hoste colloquia & oĩa praua cõcilia ꝓfluere nõ mentiebat̃. Sunt igit̃ sensus oẽs: p̃cipua cura coercendi: per quos tanq̃ p fenestras ascendit mors ad animã Nec preclarũ illud Sophoclis exemplũ silentio p̃tereundũ puto. qui suscitatus a quodã an venere uteret̃. Dĳ meliora velint inquit: libẽter em̃ istinc tanq̃ ab aliqua furiosa dñatione semp̃ fugi. sed hinc sapienter respondit. Xenocrates vero sapientius egit. Nam dũ ꝓpter cõtinentiam sensuum apud oẽs admirabilis esset. eius discipuli tentare voluerũt: si talem in anĩo cõtinentiam haberet: qualem monstrabat extrinsecus: facto itaq̃ splendido cõuiuio: & p̃ceptorẽ suum cõuocarũt: nec alia causa: nisi ut rationis eius vires: largis suauioribusq̃ potationibus opprimerent. q̃d ubi factũ putauerãt: in lecto strato molliter eũ collocabãt: moxq̃ phianim scortũ nobile in cubile introduxerũt & solus cũ sola relinquit. o ratio fedissime libidinis nobile pro pugnaculum: tũc q̃d tua possit virtus explicasti. Percipite adolescentes: audite iuuenes: aures adhibete viri: & senes rationis expertesq̃. vir multo vino madidus. in mollibus plumis cum meretrice iacet: remotis oĩbus arbitris: carnis incendia stimulant. sed q̃a cognoscebat nihil peius: nihil turpius: & nihil q̃d ab ĩmortali deo grauius puniat̃: nequaq̃ flectit̃. instar scopuli qui inter fluctus natura fundat̃: & undaꝝ frequentiũ collisiõe vapulat: nec mouet̃: incõcussus mansit & ĩmobilis. ADRI. mi ræ virtutis hominẽ narrasti. qui ea cõstantia mihi fuisse videt̃. quæ etiã in martyre posset admirari. CL. põt etiam. Periclis exemplũ p̃dictis adiungi. Qui Sophocle collegæ suo poetæ Tragico ingenui pueri p̃tereuntis formã laudanti: increpãs dixit. hoĩs manus nõ solũ a pecunĳs lucro: sed etiã a libidinoso oculos aspectu cõtinentes esse debere. Quid tibi Spurinam cõmemorẽ. qui nõ solũ sensus cõtinuit: sed etiã ne forma sua posset

T

Xenor

alicui (sensus imprudenter gubernanti) nocere prouidit. Dum em̄ intelligeret eximium decorem suum: tanq̄ libidinis irritamentum multis obesse: correpto cultro nares: labia: supercilia: mentum: genasq̄ recidit. qui quia paganus & gentilis erat: maiore admiratione prosequendus est. Studeamus igitur forti in uictoq̄ animi robore: sensus nostros sic cōtinere: ut per eos nil nisi quod nobis īmortalis vitæ spem repromittat exerceamus. Veniendum nunc est ad premij futuri considerationem.

¶ De præmij futuri consideratione.

Quidem: fili Adriane: libidinis cōtinentia nō parū laboris & sudoris pre se ferre videtur: presertim in adolescente quā rem animaduertens ille rerū conditor immortalis deus: magnitudinē laboris copiosa mercede pensauit. Sed quo grauior est labor: tanto maius est premium. Fortiori militi: & qui periculosiora in belli feruore pertulerit: precipuo quodam p̄ter cæteros coronæ premio donari consueuit. Tanta sunt premia q̄ virginitati debenī: ut si ꝑ eis acquirendis quisq̄ nostrū sub Aetne specu ardentissimo Nestoris annos: & ætatem Sibillæ duplicatā vixisset: nondum tantillam partem meruisset. Quonā precio: sedes īmortalis: omnis expers meroris & tristiciæ: omni plena iucunditate: omni priuata caligine omni referta lumine cōparari posset. in qua iam factus īmortalis fabricatorem mundi huius qui quadā mirabili ꝓuidentia gubernanī posses assidua contēplari. Sed foret satius nihil (q̄ pauca de cælestibus) loqui: quoꝝ minimā portiunculam Paulus agnoscens vociferabat. Quis seperabit nos a charitate dei: gladius an fames? an omnia q̄ possunt excogitari tormēta? O paule: quid si pfecte integreq̄ ea cognouisses: ꝓ quibus crucem Petrus. Violentā pellis detractionē Bartholomeus: lapidū seuissimos ictus Stephanus: & alij innumerabiles perpessi sunt: portaturi etiam ꝓ patria cælesti maiora & grauiora si potuissent. Tanta sunt igiī virginitatis p̄mia futura: quāta ex p̄dictis cōprehendere potuisti: sed quid inq̄ cōprehendere potuisti: quū nostra cognitio tanti nō sit ut ad contēplandum minimū quid illoꝝ se possit erigere. Audi quæso quāta sint ea q̄ nec ipsi qui viderūt exprimere possunt. Aurelius August. in se totus cōtractus forte semel cogitabat quæ nā essent celestia gaudia: ut possit mandare litteris: & prodesse venturæ posteritati: & dū arctius mentis neruos collegisset in unum. Ecce repēte fugatis teng

bris (erat em̃ tũc medie noctis conticiniũ) mirabile lumen emi cuit: mirantiq́ꝫ Augustino & querenti quis nã esset: se Hieronymũ esse respondit: qui paulo ante corporis ergastulo solutus: ad patriam migrauerat: & hæc verba adiecit: ante Augustine totum pelagus paruo vasculo concludes: ante orbem terrarũ pugillo cõprehendens: quã possis celestium gaudioꝝ minimũ quid inuestigare: nisi ut ego nunc: sic & tu olim periculum feceris: & mox ex oculis euanuit. Et ut etiam de paganis mentionẽ faciam: nonne q̃ꝫ plurimi eoꝝ: ut ĩmortales fierent: sponte sibi manus intulerunt: Nonne zeno Cleantes Chrysippus & Cato se ꝓpriis manibus necauerũt ut in cælum migrarent. Præterea nonne Empedocles in ardentissimũ ætnæ specum in tempesta nocte proiecit ut citius transiret ad superos: quia si tanta erat in illis beatæ vitæ cupiditas: ut nec vitæ suæ parcerent: quãtoma gis nosipsi ut eam assequamur: breues quasdam delectationes effugiamus: & corpora nostra studiis asperioribus consuefaciemus: ut possumus omne certamen sustinere viriliter.

De diuino auxilio.

His habitis: poterimus integrã seruare integritatẽ: si tantum res una superaddita fuerit: hoc est diuinum auxilium: neq́ꝫ em̃ quicq́ꝫ nisi deo propicio recte fieri potest: qđ ipse dum adhuc in terris vitam ageret: testatus est his verbis. Sine me nihil facere potestis. Quoniam rerũ deo tribuendus est honor: sed hoc auxilium facillime consequeẽ: qui cetera quæ predixi firmo ꝓposito retinuerit. Nec mos iste diuini auxilii inuocandi apud nos solum obseruaẽ. sed etiam veteres grecoꝝ latinorũq́ꝫ poetæ tenuerũt: unde semꝑ in libroꝝ exordiis numinis alicuius fauorẽ implorant q̃ cætera possint cõmodius adimplere. Orandus est itaq́ꝫ deus: ut nobis sit auxilio: qđ facile impetrabimus: si orationi nostræ conditiones duas addiderimus: ieiuniũ scilicet & elemosynas: & si hæc duo cũ hũilitate condiuerimus. ADRI. est ne (ut aiunt) tam robustæ virtutis humilitas: EL. nemo est qui nesciat dæmonis superbiã nr̃a hũilitate superari. Meminerũt sacræ litteræ: q̃ dũ Macharius apud paludem quandã solus obambularet: hũani generis inimicũ: curua falce armatũ: a longe venientẽ ꝓspexit: & cũ falce sibi minitantẽ: quũ iã accessisset ut ꝓpius aspiceret: nec tñ obesse potuisset: cur hoc acciderit ĩterrogauit: cui ille furibundus sola ĩquit hũilitas in te est homũcule: q̃ te hodie fato subtraxit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

ſed caueſis nõ impune feres. vides ne q̊ pacto vicerit demonis ſupbiam? Item memorie ꝓditũ eſt: ꝙ dũ Antonius ſolitudinis incola: ſupra ſe mente raptus eſſet: orbẽ terrarꝫ cõnexis inuicẽ intricatiſq; laqueis plenũ vidit: qua de re dolens (humanã miſeriam vt ſui moris erat grauiter ingemiſcẽs) tractis ex imo pectore ſuſpiriȷs: heu heu inquit pater om̃ipotens: quis tot laqueos euadere poterit? & ecce vox ab incerto auctore ꝓlata: nõ tamen humana: ſic ſemel intonuit humilitas. nec amplius quã ſemel audita eſt. acſi manifeſte ſignificaret: ſolam humilitatẽ poſſe huius mũdi laqueos & inſidias effugere. quæ cũ ita ſit: ſtudebimus ei familiares fieri. Sed de caſtitate diſputaſſe iam ſatis videor: reliquũ eſt ut ad contemptũ mundi ſtilum cõuertamus: qđ equidẽ breuiter expediam: qm̃ iacto iã caſtitatis fundamento: quaſi ſua ſpõte mundi contẽptus cõſequit̃. Mundi contemptum (ſi memini) ſup̃ cõmemoraui. nõ ſolũ eſſe utilem ad acquirendam q̃a nobis querit̃ iuſticiã. ſed etiã neceſſariũ: ita ut ſine eo nihil fieri poſſit: late ꝓbauimus. Nunc quomõ poſſet inueniri ſuccincte dicendũ eſt. Eum igit̃ obtinebimus ſi tria diligenter nobis ĩtellecta fuerint. ſ. inſtabilitas: inſatiabilitas & ſolicitudo.

¶ De inſtabilitate diuitiarum.

De diuitiarũ inſtabilitate multa dicere velle: ſupuacaneum videt̃. quũ nõ modo antiquis & veteribus: ſed etiã quottidianis & domeſticis exemplis abundemus. Nemo eſt qui neſciat vulgatã illam ſententiam. Fortuna nil cuiq; donat: ſed mutuo dat ut poſſit idem cũ libuerit iterũ auferre: ſed nos dementes quũ diu poſſedimus: qđ fuerit nobis mutuo datũ in ꝓpriũ uſum cõuertimus: nobiſq; uſurpamus. qđ ubi fortuna animaduerterit. grauiter ferens: qđ dederat adimit: aliȷſq; largit̃. & quãto nobis indulgentior fuerat: tanto moleſtior efficit̃. Fortunã em̃ dicebãt veteres cũcta gubernare: & eius nutu cuncta diſponi. Et idcirco pingentes eam: ſimulacro eius regimen attribuebãt: copiamq; adiũgebant qm̃ ipſa eſſe putabat̃ quæ fruges oẽs parturiret: et ut ipſis videbat̃ diſtribuebat: ſed nos fortunã neſcientes: quicq̃d fieri videmus: ab ĩmortali deo fieri putemus. Sed ut dicimus: nõ permanent hæc bona q̃ ſubito affluunt: & ſubito dilabunt̃: nec ſtabilitatẽ habẽt: q̃ nec appellanda bona Tullius æſtimat. nouerat hoc Seneca poeta tragicus qđ ipſe teſtat̃ in Thyeſte dicens. Quẽ dies vidit fugiens ſuperbũ: hunc dies vidit veniens iacentẽ. Quot reges: q̊t

principes: quot etiã priuatæ vitæ hoĩes videmus: qui auro: argento: signis: tabulis: cæterisq; operibus abundant: & paulo post seuiente fortuna nihil hoꝝ habentes: aspicimus. Vides ne quot græcoꝝ olim potentissimi principes: nũc ab infestissimo Turcoꝝ duce ꝓpulsi: sedibus incertis victum vestitumq; mendicantes euagentur: qui si a principio vitæ diuitiarum instabilitatem cognouissent: eis hoc non accidisset: nam nec in fragilibus bonis spem ullam posuissent: nec se in supbiam pueriliter erexissent: sed predecessorẽ suum sapientem illum Biantem studuissent imitari. Cuius cũ patriam cepissent hostes: cæteriq; ita fugerent ut multa de suis rebus secum asportarent. quum esset monitus a quodam: ut idem & ipse faceret: ego inquit oĩa mea mecum porto. Necnõ Marcum Curium Romanoꝝ ducẽ: qui quũ vidisset ad se venisse Samnitum legatos auri magnũ pondus afferentes: subridens dixit. Ite & Samnitibus nũciate. Marcum Curium malle diuitibus imperare q̃ fieri locupletem. nõ ignorabat eñ q̃ vana sit diuitiarum possessio: quod etiam Epicurus qui summum bonum in voluptate ponebat facile confitebatur. Non est igitur huiusmodi bonis fides adhibenda: nec patiendum nobis quottidie tam turpiter illudi.

De insatiabilitate diuitiarum.

Hic quæso: audisti ne unq̃ mortalium quenq̃ qui sibi satis diuitiarũ diceret esse? ADRI. Audiui quidem qui hoc diceret: qui vero sic putarent: neminem vidi. GL. Rectius inquis: nam sæpius aliter quã sentiunt loquuntur: nec mirũ est: si nequit animus istis saturari: quũ nec finitis impleri possint infinita: qđ vel maxime illo exemplo ꝓbari potest. Alexander Philippi Macedonis filius: quũ audiuisset (ex auctoritate Democriti philosophi) plures esse mundos. heu me inquit miseꝝ: q nec uno adhuc potitus sum. Qui si nec toto mundo satiebať. quid amplius erat appetendum: nisi cũ cælicolis noua mouere certamina. Quare Satyrici nostri verissimo carmine cõcludendũ est. Crescit amor nũmi quantũ ipsa pecunia crescit

Laer. Ab Anaxagora ... Valerius ... Anaxarcho ... Iuuenal.

De solicitudine diuitiarum

Existimabant nõnulli veterũ: summã libertatem esse diuitijs abundare: & eum demum liberũ esse putabant: qui posset uno anno Romanoꝝ exercitũ pascere. Ego vero huiusmodi hominẽ: non modo nõ liberum dixerim: sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

nec libertati vicinũ. Sunt em̃ in opibus anxiæ sollicitudines: q̃ ante tẽpus senectutẽ adducũt: & animũ nostrũ sic afficiunt: ut suĩpsius obliuiscãtur: & a recti certiq; iudicij cognitiõe recedant. Audisti ne unq̃ Senecã clamantẽ: venenũ in auro sumi: nõ aũt in vasis fictilibus. Et reges sui lateris ensem timere. Audisti ne ꝓphetam dicentẽ Diuitiæ si affluant: nolite cor apponere. Audisti ne preterea: qđ passim recitari solet exemplum. Aiunt em̃ quendam regẽ: dum sibi oblatũ a populo diadema videret: priusq̃ sumeret diu considerasse: ac demũ dixisse: O nobilem magis quã fœlicem pannũ: quẽ si quis agnoscat q̃ multis angustijs & sollicitudinibus refertus sit: nec humi quidẽ iacentẽ tolleret. Sed ut tibi de modernis aliqd loquar: Vir erat Florentiæ prediues: equestris ordinis: apđ cuius ædes Cerdo quidã exercendæ sutrinæ gratia: paruulam scenã ex cõtextis tabulis erexerat. Quũ his igiť nihil aliud haberet ꝑter qđ labore quotidiano sic queritabat: & nunq̃ nisi lato animo & serena facie videretur prediues ille: cuius supra memini satis admirari nõ poterat: Tentari itaq; voluit. esset ne veꝝ qđ sæpius audiuerat: diuitias: scilicet sollicitudinẽ parere: sumptũq; graue pondus auri in tempesta nocte per fenestrã in cubiculum eius tacite proiecit. Mane aũt surgens cerdo: proiectum aurũ curarũ radicem repperit: qđ ubi cognouit paupertatẽ suam: miseratũ dominũ æstimans repente corripuit. cepitq; dubia mente versari: quid potissimũ ex hoc faciendũ esset: nesciebat em̃ ad celandũ: an alicui ex amicis aperiendũ esset. Si tacuisset: dicebat nõ posse quicq̃ sine consilio recte ministrari: si vero dixisset: timebat ne forte aliqua arte sibi surriperetur. hinc ꝓfundæ cogitationis: hinc curarũ immensus cumulus exortus tandem quid faciat nescit: tristi vultu: confecto supercilio & ægro animo cogitabundus: raro ꝓcedebat in publicũ. Quare cõpertum est: in diuitijs esse tristiciam: merorẽ: angustias: & sollicitudines innumerabiles: quo fit: ut ausim dicere: illas tanq̃ malum proijciendas: quo facilius ad iusticiam pertingere possimus: & de his hactenus.

¶ Postq̃ duos gradus ascendimus: pudicitiã scilicet & mundi contemptum: tandem ad ipsam iusticiam deueniemus: in qua ego vitam beatam colloco. Nihil em̃ est aliud beate viuere (ut M. Tullio placet) nisi recte viuere: in quo nihil deest ad beate viuendũ. Et qm̃ quid sit ipsa iusticia superius satis liquide mõstrauimus: honestissimæ voluntati tuæ satisfecisse me puto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

De vita beata.

ADRI. Profecto ita abunde mihi satisfactum est: ut videre vi/dear: ipsam vitam beatã manuq́ contingere: nec despero: quin ad eum peruenire possim: Sed tamen restat adhuc unũ: qđ in/tactum nequaq́ praeteriri debet. Sunt plerięq́ qui existiment sa cras litteras quia incultae sunt: paruifaciendas. & pcipue hi qui aliquid eloquentiae gustauerũt: & quia quicquid diximus. in eis radicitus fixum est nõ alienũ videbitur: si paulo ulterius pgressi fuerimus: & aliqua firmissima fidei nostrae adiumenta numerauimus. post haec nõ inconueniens erit: si quedam q̃ ex predictis cõcepi dubia: paulo accuratius enucleaueris. sed quia iam medio cursu transacto: precipiti curru: sol vergit ad ocea/num: rogo te pater: ut dummõ dilucide (q̃ breuius) fieri possit dicas. GI. Dicis esse plaerosq́ qui sacras litteras dicãt floccipendendas: quia sunt simpliciter & sine ulla facundia platae. Prio igit̃ diuinae legis simplicitas damnanda nõ est. sic exprimi omi no debuit: partim qui per se verax est: nec indiget aliquo fuco orationis ad pbandum. (Res em̃ veritate predita simpliciter enuncianda est: res vero ficta: quedam figmenta & colores po/stulat: quibus verisimilis appareat.) partim quia illa q̃ sunt in cõmuni necessaria: cõmuni sunt sermone dicenda: vnde cautũ est ut syngrapha quibus rei citant̃ in iudicium cõmuni sermone scribant̃: ut possint etiam ab indoctis saltẽ sub nube intelligi Scribunt̃ etiã eo stilo causae & caetera q̃ in foro iudiciali tractãtur. Q; vero dicis esse sine facundia platas: nõ plane assentior huic sententiae. quare duplicẽ esse facundiam volo: verbo℞ scilicet & sententia℞. Iuuenũ scilicet & senũ. Iuuentutis scilicet & maturae aetatis. Iuuenũ facundia in q̃ versat̃: nisi in quibusdã politis & cultis dictionibus: q̃ nihil aliud in se habent nisi ven/tosum tumorẽ & resonantiã: q̃ solet ĩperito℞ aures demulcere hac eloquẽtia nõnulli hac tẽpestate (qui si nõ sunt oĩno boni. vident̃ tñ̃ frequẽtius) utunt̃: & ĩperiti vulgi in se ora cõuertũt: de q̃℞ facundia: lepidissimũ illud August. dici posset. haec siliq̃ ĩtra dulce tecto℞ sonãtes lapillos q̃tit. sequunt̃ hãc nr̃i enerua ti poetae: & istius tp̃is senioratores nihil aliud est haec quã pre/dixi facũdia: nisi nauis ĩ medio pelagi cõstituta: priuata regimine: nisi corp⁹ sine aĩa. nisi organũ auro argẽtoq́ celatũ sine animãte spũ: et deniq́ nihil aliud q̃ equ⁹ sessoris ĩpatiẽs freno oĩq́ vinclo expedit⁹: q̃ fit. ut null⁹ unq́ utilitati fuerit nocumẽto aũt plerisq́. Altera ṽo facũdia: sñia℞ q̃ui maturoq́ passu gradit̃.

quoꝝ sapiētia vocat̄:eam qui sapiens dicit̄:hæc nihil effat̄: nisi qđ prius excussum:ponderatū:cribratū:& acie mentis exanīatum sit. Hæc si quid dicit:qđ cuiq; displiceat:nil tamē qđ noceat tantoq; sapientior est:quanto nō fauorē populi:sed veꝝ re/ctumq; sequat̄. Hæc sine prima plurimū:prima vero sine hac nihil oīno potest:hæc animæ:illa corporis vicem gerit. hæc animas:illa animatū. sicut igit̄ potest anīa sine adminiculo corporis viuere:sic etiā ista:quā voco sapientiam sine facundia vires suas explicare potest. Fuit igit̄ in sanctaꝝ litteraꝝ autorib⁹ hæc eloquentia præcipue:sed nec oīno prima defuit:quā nō multo sudore & labore queādmodū alterā quesierūt:sed tan/q̃ ultro se offerentē:& sponte sua sequentē acceperūt. hæc est illa facundia:qua usi sunt apđ græcos philosophoꝝ principes Plato:Theophrastus:Aristoteles:& plæriq; aliꝫ qui more oratoris mallebant esse sapientes q̃ videri. Quod igit̄ dicunt:vestras nostras esse simplices cōcedemus quidē primos parentes nostros sic loquutos fuisse:quasi fundamentū iacientes si vero aduerterimus quid sup illo edificatum sit inueniemus parietes auro argentoq; celatos. Primo itaq; apostolos silentio preteriens tanq̃ oīnibus cognitos de græcis xp̄ianis mentionē faciā. Fuit Origenes qui Celsio Methodius Eusebius & Apollinaris qui Porphyrio hæretico responderunt. Origenes octo libris. Methodius decē milibus versuum. Eusebius quinq; & viginti Apollinaris triginta voluminibus. Quadratus apostoloꝝ discipulus Atheniensis ecclesiæ pōtifex: Hadriano principi. Eleusinæ sacra visenti:librū ꝓ nostra religione tradidit:cui tanta inerat iucunditas sermonisq; festiuitas. ut illius excellens ingeni/um (sicut Hiero. affirmat) grauissimā imperatoris ꝑsequutio/nem extingueret. Eidem Adriano doctissimus phūs Aristo. ꝓ xp̄ianis tradidit Apologeticū. Quid tibi Iustinū militonē Sardensem episcopū Apollinarē Hierosolimitanæ ecclesiæ presbyterū? Quid Dionysium Corinthioꝝ episcopū:qui scripsit:quibus philosophoꝝ sententiꝫs descenderit hæresis Origenis? qđ deniq; tibi Panthenū cōmemorē: qui ob precipuam doctrinā p̄dicaturus:ad Indiæ philosophos missus est? Adiungā etiam Clementē:Milciadem. Iuliū africanū:Theodoꝝ:Dionysium Alexandrinū episcopū:Anatholium Pamphilum: Lucianum Malchionē. Eusebium cesariensem episcopū. Eustachiū. Athanasium:magnū Basilium:& infinitos alios longū esset nume/

rare. Veniã ad latinos Tertullianus Apologeticũ scripsit Mi-
nutius fœlix cõtra mathematicos. Arnobius septẽ libros con
tra gentes: & eius discipulus Lactantius. totidem cõtra gentes:
edidit etiã de ira dei: de opificio diuino libellos duos. necnõ &
epistolaꝝ carminũq; volumia plurima. Item Victorinus Cy
prianus Boetius & Hilarius qui scripsit librũ contra Diascori
dem Medicũ. Iuuencus sup imperatore Constantino Saluato
ris hystoriam versibus explicauit. Quid vero Ambrosius Au
gustinus Gregorius & Hieronimus fecerẽt in omniũ manibus
est. Isti oẽs græci pariter et latini quos hactenus numerauimus
ita sapientiã cũ eloquentia inuexerunt: ut eoꝝ scripta legendo
quid inter eos & Tulliũ & Demosthenẽ intersit. discernere ne
scias. Nec mireris: si superius dixerim: facũdiam fugiendã esse.
nunc vero dicã & in nostris eam fuisse. sic em̃ capiendũ est: ut
facundia sine gubernatrice sapientia vana sit. sapientiæ vero co
pula nõ sit aspernanda. vñ M. T. Cicero Romani eloquij prin
ceps ad Herenniũ inquit. Non parũ fructus in se habere copiã
dicendi. & cõmoditatẽ orationis: si recta intelligentia & defini
ta animi moderatione gubernet̃. quo fit etiã ut Quintilianus
oratorẽ definiens. dixerit oportere eum esse virũ bonũ: dicen-
di peritũ. Primo vult esse in oratore bonitatẽ: qm̃ quæ magis
sunt necessaria: in primis sunt inuestiganda & ut paulo audaci
us loquar. si quis vir bonus fuerit: quãuis ea tã exquisita dicen
di peritia caret. modo ĩpetret quid vult. oratorẽ nomiabo. nã
finis oratoris est ad persuasionẽ dicere. Præterea nõ minus vi-
ctor appellabit̃ qui vicerit hostem. si ferreis armis usus est. q̃ si
aureis munitus fuisset. nec ianua minus aperta dicet̃: quę claue
ferrea q̃ quæ argẽtea fuerit patefacta. nec minus victor appel
labitur equus macilentus: quã pinguis & obesus. modo ante
alios me tam tetigerit. Habet igit̃ xp̃iana fides veteris nouiq;
testamenti oratores excellentissimos: quibus armata non dubi
tat cũ gentilium ætate certare. ADRI. habeo q̃ dicis: & miror
q; hæc oĩa tam breui tanq; dilucido verboꝝ ambitu disserue-
ris: & gaudeo: quia qđ nesciebã didici. Sed quũ superius de vi
ta beata disputaremus: unũ mihi restitit: de quo nunc a te certi-
or fieri vellem: possit ne inquã vita beata in diuitijs reperiri: &
si forte possit in quibus potius: an in pauperibus: an in diuiti-
bus? CI. Hæc sane beatitudo inter omnes hoĩes tam pauperes
quoq; diuites inueniri potest. Deus em̃ vult oẽs fieri beatos: di

ues qui multis affluit diuitijs fiet beatus. si fortunarum suarũ
nõ solum possessorem: sed etiam se cognoscet esse dispensatorẽ
rem familiarem integre sanctecꝫ gubernet. nec plus nec minus
ꝙ cuiuscꝫ necessitas postulat efficiens: sed preter cætera paupe/
rum nõ obliuiscatur: quibus si quis in vita subuenerit qui sibi
subueniat dum mortuus fuerit nõ indigebit: sic per foramen a
cus omni onere reciso Camelus intrare poterit: si gracilem po
litum & expeditũ se reddiderit: sed hæc via quia laboriosa mi
nus quidem trita est: paucicꝫ in numero diuitũ reperiri solent:
qui possent ad beatitudinẽ peruenire. Igitur paupertas est poti
or qđ facile concedes: si quid in ea illa mali & quid in hac boni
sit ostenderimus. Magna rerũ copia: magnus curarũ aceruus
diuitiæ nõ sine magno sudore acquirunt̃ aliquando dum que
runtur amittuntur. nõnunꝙ possessores suos secum trahũt ad
interitum: nec longe exempla petamus: quottidiana sufficiunt.
Nauigant oceanũ mare: nauigant Hellespõtum: in patriam re
uersi: hereditatẽ ab affinibus defraudatam. matrimonium vel
pollutum vel suspectum: liberoꝝ vitam vel prauã: vel adhuc
in dubio positam: rura rusticorũ inculta vel sterilia: vel omni/
no male culta reperiunt. Indignantur: irascuntur: furiunt. & ta
men ut solitam grauitatem inter amicos obtineant: graues a ni
mi motus difficili patientia reprimunt. Interueniunt necessario
rum & affinium repentine mortes: lugubri veste teguntur: &
dum interdũ mira leticia redundent: opus est ut merorem simi
lent. Accidit ut principibus suspecti sint: quo fit: ut vel penitus
excidant vel saltem retrorsum cedant: nonnunꝙ exultantes er/
rant: & tanto grauius aduersam sortem gerunt quanto molli
us ante vixerant: sed sufficiat de multis pauca numerasse: quis
posset in tot molestijs quieto animo viuere: hæc mihi nunꝙ vi
ta placuit. At paupertas remoto se custodit in angulo: nõ con/
iugis: nõ liberoꝝ curam: nõ regum aut principum graue odi/
um: nõ agroꝝ aut villarum sterilitatem formidat nec inuidia
est: nec inuidiosa: nõ exilium: nõ carcerem: nõ venenũ timet: et
ab omĩ tumultu seclusam: trãquillo fruit̃ ocio. Hæc est illa bea
titudo: quã Diogenes regũ delicijs ꝑtulit: qui dũ in radice mõ/
tis sederet ad solem interrogãti Alexandro qui virtutẽ eius cre
bro rumore cõpulsus aduenerat. ut si quid vellet peteret. Id in
primis velle respondit. ne a sole sibi obstaret. Recte ille si fidelis
& fidei gratiã habuisset beatus decerẽ. Sed qđ Flaccus senserit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

quęſo aĩaduerte. ſic ſcribit ad Loliũ. Non poſſidentẽ multa vo
caueris Recte beatũ. rectius occupat Nomẽ beati. q̃ deorꝝ. Mu
neribus ſapienter uti. Duraꝗ callet pauperiẽ pati. Peius q̃ leto
flagiciũ putat. Et alibi. Eradenda cupidinis ꝑ. Prauæ ſũt alimẽ
ta. et teneræ ninus Mentes aſperibꝰ: Formãdę ſunt ſtudijs. Nõ
ne Tibul. ꝗuis poeta laſciuus ĩquit: Ne mea pauꝑtas vitæ tra
ducat inerti: Dũ meus aſſiduo luceat igne focus. Nonne Iuue.
ꝗuis Paganus talia loquit̃: Cantabit vacuus corã latrone via
tor. Omittenda igit̃ ſunt hæc oĩa. & p̃clara ꝟtute pectus muni
endũ. Opes em̃ magis oneri ſunt ꝗ uſui. Taliter igit̃ quiſꝗ vi
uat: ut qualis videri velit talis ſit ſic em̃ cito ad gloriã ꝑueniri.
Socrates putat. Offert ſe nobis Demetrius imitatiõe dignus. cu
ius pater quũ tot opibus abundaret ut Xerſis Perſarꝝ regis pa/
ſcere poſſet exercitũ. paucula ſumma retenta: cætera reipublicę
remiſit: ſtuduitꝗ Athenis diu ĩcognitus. Sed q̄d ego pauꝑtatẽ
laudare pergo. quũ in ea beatitudinẽ ineſſe & Anaxagoræ phĩ
ſentẽtia: & oracło delphico cõpertũ ſit. Anaxagoras em̃ ĩterro
gatus quænã eſſet in hoc mũdo vita beata: Nemo inquit inter
eos q̊s tu fœlices ſed potius inter eos q̊s miſeros exiſtimas: bea
tus inuenieť. Nã nõ ille eſt diuitijs aut honoribus affluens: ſed
aut nõ ambitioſæ doctrinæ: aut parui ruris cultor. et inſecreto
ꝗ in publico beatior Giges lydiæ rex p̃ter oẽs ditiſſimꝰ. Apol
linẽ cõſuluit: eſſetne alter ſe beatior. cui r̃nſum ẽ Aglanũ quen
dã ſenio confectũ. Archadũ pauꝑrimũ: tenui pauꝑtate conten
tũ: beatiorẽ eſſe. A nr̃is taceo qua ſit laudata pauꝑtas: quũ paŕ
oĩm deus: eã p̃ter cæteras ꝟtutes mirifice coluerit. Non em̃ ha
bebat ubi reclinaret. q̊ fit ut diuites magis videantur pauperes
vero magis ſunt ꝗ videanť beati: tãtoꝗ beatiores ſunt quãto
ignobiliores & deſpectiores habenť. ADRI. At pauꝑtate ſtu/
dium impediť. GI. quid attinet: quaſi nõ poſſimus ſine ſtudio
eſſe beati. Plurimos tñ memini me legiſſe: qui in ultima calami
tate conſtituti ad ſummũ litterarꝝ culmẽ euaſerũt. Flaccus liber
tino patre natus. Virgilius figulum & inopẽ ſortitus eſt parẽ/
tem. Pythagoras ex infinia ſeruili conditione clarũ lumen emi
cuit: primus omniũ qui philoſophus appellatus eſt: ꝓpterea
dicebat numerũ imparem deo cariorẽ quaſi iam trinitatẽ diui
naret. Sed quid pauperius Codro: cuius diuitię erãt fex fictiles
urceoli: & cuius diuina carmĩa rodebãt mures. Cleantẽ Chry
ſippi diſcipulũ ſileo qui tanta miſeria oppreſſus ut poſtꝗ tota
die ſtudijs operã dediſſet; victus querẽdi gratia noctem quoꝗ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

in hauriendis aquis consumebat:idq; assidue factitabat:nec potuit paupertas obsistere quin doctus euaderet. ADRI. Cur fit ut tam pauci beatæ viuant? GI. Hoc duabus ex causis solet euenire:primo fidei defectu. Quis est em̄ tam vecors & mentis tā impotens:ut se ad anfractum vitiorum reflectat.si quę bene venientibus promissa sunt vera putauerit. Quare Augustinū dicere solitum accepimus:actiones fide metiri. Secundo: quia ut Lactantius testat̄.virtus amaritudine miscetur vitia sunt dulcedine linita:illa offensi hac decepti per vitiorꝝ precipitia ferūtur Et tria sunt precipue quæ nos in omne scelus precipites agunt: est inquā cupiditas:libido & ira. Cupiditas diuitias inquirit:cōtra quā paupertatem posui. Libido sitit voluptates.cui resistit cōtinentia:quā predixi:ira queritat ultionem:cui opposuimus humilitatem & iusticiam. Et idcirco veteres poætæ ꝓpter hæc capitalia vicia tres furias esse dixerunt. Atq; hæc addidi: quia duo sunt sapientiæ gradus.scilicet bona cognoscere ut teneant̄ & mala pariter ut fugiantur. ADRI. Iam mihi abunde satisfactum est.reliquū est ut partem ultimā edisserās: si qui inquam sint hac nostra tempestate qui beatam vitam viuant:ut sermo noster simul cum die finiatur. GI. magnum est & inexplicabile qđ scire laboras.nā beatitudo nostra circa interiora versatur. Et quis pōt occultas alieni cordis latebras visu penetrare? Sed ne te fame deficere permittam: qđ intelligere videor aperibo. Qui precepta legis obseruant ea conditione ut nihil omittendum faciant: & nihil faciendū omittant:beati viuere vocabuntur. Et quicunq; a mundi ꝑturbationibus fugiunt: ut collecta mente deo seruiant: p̄cepta seruare videbunt̄. Huius aūt vitæ sunt:qui ab Heremo heremitę: & a cœnobio cœnobite dicunt̄ Illi primi Baptistam:isti vero duodecim sapientes imitant̄. Illorū siluestris:horꝝ domestica est vita. Cœnobitarū multitudo in quattuor tribus distribuit̄. Prima carmelitarꝝ. Scđa illorū qui vulgo dicunt̄ heremitæ. Tertia predicatorꝝ. Quarta vero minorꝝ. Prima Heliam:secunda Augustinū: tertia Dominicum:quarta Franciscum habent auctorem. ADRI. Qui sunt q̊s tu superius duodecim sapientes appellasti. GI. Si olim græci septem viros sapientia preditos septē sapientes nominabant Quis apostolos sapientiæ nostræ fundatores. Duodecim sapientes nūcupare nos ꝓhibebit. ADRI. Quoniā nos in Carmelitarꝝ tribu muneramur dic quæ nr̄a fuerit origo? GIGO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

De vita beata.

De origine Carmelitarum.

INter Armeniam & Euphraten: iacet Syria cuius pars est regio: quã Palestinã dicunt: cui India quoq; subiacet: a Iudea quodam Israelis filio ut Trogus Pompeius auctor ẽ sic appellata. In medio Iudeæ tanq̃ umbilicus posita sedet hierusalem. A qua nõ longo interuallo distare perhibetur mons quidã nõ minus iucundus quã amenus: cui nomẽ est Carmelo: inquẽ quoniã gratissimã præstat incolis habitationem: & quia ab omi hominũ strepitu paulo semotior est: nõ nulli e circumstantibus urbibus antiquitus secedebãt: ut omnẽ vitæ curriculum optimo summoq; deo prudenter sapienterq; dicarent: & hi quidem Prophetaꝝ discipuli dicebant̃. Appellabant̃ eñ olim ꝓphetæ qui scirent multo ante futura predicere quos modo nos a vaticinando vates appellamus: inter quos Helias præter cæteros emicuit. velut inter ignes luna minores Fuit eñ ꝓphetarũ primus qui se matrimonio cõtineret. Is in prædicti montis radicibus sibi struxit habitaculum: qđ nõ solum paupertatẽ: verũetiam mirabilem ꝑ se ferebat habitantis humilitatẽ. Erat etiam ibidem locus in Amphiteatri modũ extructus: cellulis seriatim positis: & in viuo saxo vel arte vel natura conatis: undiq; circumseptus. In sumnio aũt montis vertice ꝓcul aspicientibus: superba se monstrabat habitatio ad quã gradibus hinc illincq; in mõte excisis paulo laboriosius ascenditur. nõnulli ex nostris mare nauigãtes: & montẽ omnẽ & rura viana cũ freto & fluminibus in tabellis pinxerũt. Pictaq; ad nostras oras aduexerũt quæ dum nõnunq̃ cõtemplor. videor mihi in illis rupium cauernis nostris viuere partibus. Hic itaq; vixit Helias qui postq̃ igneo curru raptus terris. Heliseus eius discipulus nõ solum loci sed etiã virtutis eius remansit dignissimus hæres. Crescente paulatim multitudine non Platonicoꝝ: nõ peripatheticoꝝ: sed sanctoꝝ hominũ noua secta constituit̃. Appropinquãte interim nouissimo sæculo dei filius genus humanũ reformaturus sub virili specie descendit in terras. quam rem audientes. Carmeli mõtis incolæ (Erat eñ pene ꝑ totum mundũ fama diffusa) maximas ĩmortali deo gratias egerunt. q̃m quẽ tanto tempore expectauerant tandem misisset. nã diuino spiritu premoniti Christum semel venturum certo sciebant Pluribus annis euolutis Basilicam ut potuerũt humilem construxerũt: & magni saluatoris matri dedicauerũt. Iam eñ ipsa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

e terris sublata. cælestem migrauerat ad patriam & unanimes ei diuinos. tenues tamen quottidie reddebant honores. redditu ri maiores si potuissent. magis pie q̃ magnifice colebant. Iam mutata erat in baptismum circumcisio. Et ecce magno armorum impetu: barbari prorumpentes e hierusalem omnia vicina loca ferro flammaq; vastauerunt: & plurimi Carmelitarum gladijs cæsi sunt: pauci vero qui tantę cladi super fuerunt nauibus euecti in gallias venerũt: qui procedente tempore: seu propter loci mutationem: seu propter malorum consuetudinem: ut fit: ceperunt paululum languescere. Inter quos Thomas quidem gallus qui pristinum feruorem adhuc in pectore fouebat: cum paucis in Italiam se contulit. Sic em̃ deo visum est. ut ea regio quæ ceteris omni munere prestat. hoc etiam virorum habeat ornamentum. Turpe namq; quum res ulla tantum uno indiget ad perfectionem id non addere si possis ut perfecta sit. Verum non solum Italiæ: sed etiam viro sancto deus ipsi consuluit. Illi em̃ dedit cuius vitam possit imitari. Isti vero purpurei diadema Martyrij. Nam dum bene beateq; viueret: a quibusdam inuidis apud summum pontificem capitis accersitur. & post carcerem post tormenta: post cruciatus: tandem quum nihil damnabile repperissent. grauius inuestigatur: quod iure non potuerunt iniuria perficere fortiter accinguntur. & comburendum scelerato rogo commiserunt. A quo prorumpis efferate liuor Amphibalum Videas ne candidissimum eius amphibalum q̃ ut nos utebatur puræ conscientiæ testimonium esse. q si nõ ut hominem verebare. saltem ut magne matris militem veritus esses. Sed tamẽ illum non occidisti. Nequit em̃ anima extingui sed illius terrenum corpus violando fecisti ut citius vita donaretur æterna. Huius flammas non. Sceuole rogo. sed. Laurentij posse comparari non dubito dicant quid velint. obstrepant clamitent & insaniant. ille summo viuit olympo. ADRI. Narrasti triste facinus. ipsis qui intulerunt diu multum deplorandum. & qui posset malefactoribus delicti veniam impetrare alius Thomas non superfuit. GI. Sed multa de hoc viro: multa etiam de predictis fratribus silentio preteriui. Non em̃ quo pacto ipsi a monte quem incoluerunt: & ab ecclesia quam con fecerũt cognomen acceperũt. Dixi scilicet ut fratres beatæ Mariæ montis Carmeli nuncupati sint. nec ut eorũ priuilegia ab Alberto hierosolimorum patriarcha condita. Et ab Innocen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

tio quarto pontifice summo comprobata fuerint. sed hæc alio tempore dicenda reseruo. Hæc ad presens habui: quæ de vita beata dicerem: qua muniti utinam ad illam immortalem gloriam olim peruenire possimus.

Impressum Argentinæ per honestum Iohannem Priis Ciuem Argentiñ. In ædibus zum Thiergarten. Anno M.CCCCC.IIII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Baptiſte Mantuani vatis

pręſtantiſſimi diuinū ſecundę Parthenices opus: ſa-
croſanctam diuę virginis catharinę paſſionē heroico
carmine illuſtrās: non minus cultum q̄ꝫ pium: ad. D.
Bernardū bembum patricium venetum et iurecōſul
tum periciſſimum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ Clarissimo viro. D. Bernardo Bembo patricio ve-
neto iureconsulto Frater Baptista Mātuanus Car-
melita. S. P. D.

BEatissime v̄gis et martyris Catharine vitam nuper Rome
dū tu apud Innocentiū Ponti. maximū pro repu. tua splen
didum oratoris munꝰ obires heroico carmine cōplexus sum
Opusculū vt mihi videt̄ pium magis q̄ȝ elegās ⁊ imaturū po
tius q̄ȝ prematurū. Nā mea in te charitas tuis ī me bn̄ficijs excitata dum
tuo desiderio nimis ardēter satisfacē cupit p̄termissa diuturne lime dili-
gētia ⁊ labore corrigendi p̄cipitauit editionē. Sȝ age placeat celeritate si
nō placet eloq̄o. Quadragita em̄ et nō ampliꝰ diebꝰ opus absolutum est
dum ꝓpter estiuū iusticiū negocijs intermissis curamꝰ ocia canicularia
salubriter cū aliqua studiorū fruge trāsigere. Tibi igr̄ vir prestātissime li-
berisq̄ȝ tuis libellꝰ iste dicatꝰ est ante tibi debitus q̄ȝ cōditꝰ. muneris tenui
tatē poterūt excusare meꝰ ingens animꝰ ⁊ curta supellex: animi tui mode
stia ac summa liberalitas q̄ ab amico paupere xenia p̄ciosa nō expectat. et de
hoc hactenꝰ. Miror p̄fecto nec parū miror. de hac tali ac tāta v̄gie in cu-
ius laudes tota catholica certat ecclesia nullā ab Eusebio Cesariēsi epō cū
de illis tp̄ibꝰ agit fieri mentionē. Crediderim id accidisse diabolo ꝓcurā
te ⁊ tāti viri cogitatiōes aliorsum flectēte dum scissime christi martyris i
mortali glorie tituli q̄ȝ sempiternis inuidet. Sȝ q̄d ille sanctitatis inimi
cus ⁊ publicꝰ hostis innocētie fraudulētia sua ꝓhibuit chartis inscribi de
us ꝓbitatis auctor ⁊ assertor sua ꝓuidētia voluit fideliū cordibꝰ annotari:
Nulla em̄ v̄go post illam incomꝑabilē virginē que est dei mater ⁊ homi
nis hāc opiniōe sanctitatis antecedit. Nōis eiꝰ Etymologia deprauata
est a quodam qui eum librū cōposuisse d̄r cui legenda aurea titulꝰ est. Fuit
em̄ vir ille iudicio meo pius quidem sȝ nequaq̄ȝ satis litteratꝰ pius in q̄ȝ ꝙ
diua cōgesserit: illitteratꝰ vero qm̄ grecis vocabulis latinā: latinis grecā:
hebraicis mixtā: nulli veram: oībꝰ cōfusam: obliquā: cōtortam: falsamq̄ȝ
dederit interp̄tationē. Atq̄ȝ ita sanctorū nōia dum illustrare putat sua de
lusus vel ignorātia vel īpudēti temeritate reddidit obscuriora: et nisi pu
taret peccasse per imperitiam putari posset de impietate cōdemnādus: vt
pote qui sacrosanctam christi relligionem recte interp̄tationis inuersione
voluerit cauillari: et nōim perturbatiōe sanctis illudere. fanatico ⁊ somni
anti similis monstrosa v̄borū deliramenta cōfinxit: que neq̄ȝ ipse qui ꝑ la-
byrinthum tenebrose sue ignorantie circūactus nenias illas balbutiebat:
intellexit. adeo delirus adeo incompos sui vt nesciret ⁊ se nescire que dice
ret. Quod si fortasse cuiq̄ȝ plus equo videbor excādescere precor mihi ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Guicciardini 18.1.16

niam nō negari si mereor: nam cum cōsidero hinc factum esse vt sanctorꝝ
vitę cōtemptui pateāt: vt sine risu vel stomacho legi nō possint: et eorum
gesta summa veneratione dignissima scriptoris vicio sic esse deformata at
qꝫ dehonestata vt ab homīe latino quantūuis relligioso videant̄ indigna
quę legant̄: si ęgre fero: si damno: si conq̄ror: habere me puto indignatōis
iustę materiam: Debuit ille vir id mun⁹ omittere quod ad imperitū nō
pertinebat: vel peritos aliquā do cōsulere sicut prudētem virum decebat.
vel prius discere q̄ꝫ docere: nedum ordine p̄postero vult esse magister an-
teq̄ꝫ discipulus nauci homīs nomen incurreret sed fortasse putans erro-
rem intelligētię pię volūtatis vmbrare pretextu fact⁹ est in vtroqꝫ reus.
et intellectu atqꝫ volūtate deficiēs sibi ignominiā: sanctis iniuriam: fidei
iacturam: simplicib⁹ ignorātiam: doctis nauseam parturiuit. Nō igitur
Catharina vniuersorꝝ ruina sicut ille fabulat⁹ est interp̄tat̄: sed vel a catha
ros quod est purus vel a catharizo purifico: vel a catareo defleo vel a cata
et ryax quod est riuus vox illa deflectit̄. legimus eē̄m apud Pli. hipponē
aphricę oppidum cui⁹ episcopatum tenuit augustin⁹ a gręcis catarytū
appellari q̄ riu⁹ ꝛ aquis esset irrigua. Quoduis horum dixeris recte dixe
ris Uera eē̄m semp̄ cum agnoscūtur in omnib⁹ amplectenda: at in huiusmodi nominib⁹ cum veritas latet ad verisimilia quę linguę alicui⁹ perici
am sapiant ab interp̄te confugiēdum est cauēdumqꝫ ne isti⁹ exemplo ve-
lut ęgri somnia vanę fingātur species: vt nec pes nec caput vni reddatur
formę. Sꝫ iam satis de hoc superqꝫ dictum. Et vt totam Parthenicem
priusquā perlegas vno summatim legas intuitu breue subijciatur argu-
mentum.

¶ Argumentum.

¶ Catharina virgo ęgyptia Alexandrię nata: Costo patre: qui fuit ex la
gidarum familia sub Maximino orientis p̄fecto vel sub maxētio Ma-
ximiani filio passa. nam de auctore passiōis ambigitur. sed omnia fere exē
plaria quę legūtur in ecclesijs Maxentium habent. superatis ꝛ ad fidem
cōuersis quinquaginta disertissimis oratorib⁹ causam christi tutata est.
diu squallore carceris afflicta: longa inedia macerata: durissime cęsa: tan
dem post vxoris regię et Porphyrij ducentorumqꝫ militum cōuersionē
cōfractis rotarum machinis decollata lac fudit pro sanguine. corpus ei⁹
in Synam montem arabię deportatur ab angelis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ Fratris Baptiste Mantuani Carmelite theologi ad magnificum. D. Bernardum bembum patricium Venetum et iureconsultum peritissimū secūda Parthenice incipit.

Ostidis aggressi pugnam: tormenta: rotasqʒ:
Atqʒ triūphato victricia bella tyrāno:
Detegimus fraudes: et numina falsa deoꝝ
Sancta faue Virgo tenuem cui carmis orsum
Pangim⁹. ⁊ vento venias ad vela secūdo.
Veridicos cātus nō ex helicone vetusto
Porrige: sʒ christi sacris de fontib⁹ haustos.
Da mihi nō hederę nō lauri vimine textam
Sʒ qualem tu diua geris de fronde coronam
Arboris eoę: medio quam legim⁹ horto
Spargere foelicē ramis vitalib⁹ vmbram:
Et paradisiaco nobis aspiret ab orbe
Vera dei soboles ęterna potētia patris.
¶ Orbe soporato tellus ęgyptia noctem
Roriferā induerat: mersusqʒ sub ęquore titan
Hesperio coeli nitidos accēderat ignes:
Et niger attollēs humentem scorpius ortum
Stringebat iā rura nouis effoeta pruinis.
Cum iouis imperio volucres cyllenius alas
Sumpsit: vt ex toto veteres mēphitis in agros
Cogeret orbe deos: qui maiestate relicta
Jam sua cędebāt nostris altaria sacris:
Jnuitaqʒ iugum Christi ceruice ferētes
Nulla dabāt respōsa palam: sʒ coeca maloꝝ
Semina iactabāt: tacitoqʒ in pectora lapsu
Jntrātes humana dolos ⁊ operta venena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Gentis ad excidiū nostrę inspirare solebāt.
Quale p insidias gerit inter ouilia bellū
Nocte lup⁹ facta pedib⁹ scrobe limina subter.
Tūc ferus ausonijs mauors noua gentib⁹ arma
Suadebat: ferrūq; graui versare tumultu:
Ocia lucanis dum Maximian⁹ in hortis
Ducit: ⁊ in regē dum res romana reuerti
Cogitat extinctis regni cōsortib⁹ vnum:
Tūc hecates mot⁹ furijs Maxētius artes
Vertitur ad magicas: veterūq; ad sacra deoꝝ
Instaurat delubra. nouus scrutatur aruspex
Exta: scelus tētat: quo nō crudelius vllum
Legimus a prima nascētis origine mūdi.
Vinctum grauidas matrū secat ensib⁹ aluos
Immatura trahens stygijs quę destinet aris
Pignora. funestos docuit ꝓserpina ritus.
Inuida crescētis fidei successib⁹ omnem
Heresib⁹ sectam legem tritonia pallas
Implicat: et veris fucat mendacia dictis.
Mixta choris iuuenū venus illecebrosa repugnat
Virginib⁹ sacris: moresq; irridet honestos.
It veneri Bromius comes: et Silenus: et ipsę
Castra mimallonię vino redolētia bacchę.
Atq; dioneos furtim p tecta liquores
Iam sine pampineis thyrsis ⁊ lyncib⁹ euan
Mittit: et occultos accēdit in ędibus ignes.
Inuoluebat opum studijs saturnia Iuno
Corda vix gēmis: fuluiq; numismatis aura:
Merce peregrina: tunicis ardētibus ostro
Sollicitās aīos hoīm. Priuatus olympo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Phoebus ⁊ ignifero curru: pice nigrior atra
Versus in ęthiopem: fidib⁹ spoliat⁹: ⁊ arcu:
Daphnęa sine frōde miser ꝑ moenia noctu
Ibat: et ablatū virus pythone perempto
Quod magn⁹ seruabat onyx spargebat in ipsos
Nobiliū thalamos: quo corda imbuta malignis
Artib⁹ armabāt aīos: hinc orta libido
Imperij: et curis rabies accēsa superbis
Regnādi cupidos facile in scelus omne trahebat
Talib⁹ addictos operis Cyllenius vrget
Ad moesti iouis ire domos memphitica regna.
Est loc⁹ ęgypti bifido qua flumine Nilus
Delta facit: Nilus cui⁹ coelestis origo
Regna ꝑ ęthiopū fugiēs orientis ab hortis
Ingreditur pharios septena ꝑ hostia fluctus
Non procul est Styx atra palus: vbi cōdidit Io
Inachis inuictum fratrē Typhonis Osirim.
Aedita nō procul est in collib⁹ ora supinis
Pyramidū regio. quaꝝ preciosior orta
Dicitur a Rhodope: cui⁹ prestantia formę
Tot cōgessit opes vt nobilitate sepulchri
Vicerit ⁊ reges ipsos. Hic Iupiter olim
Clar⁹ ⁊ ignipotēs: posito modo fulmine pauper
Squallid⁹ ⁊ torua demissus lumina fronte
Dęmonas aduectos angusto suscipit antro:
Atq; sub exesa scabri testudine saxi
Consedere solo. Tūc sic est iupiter orsus:
Numina quę toto terrę regnastis in orbe
Nō satis est nostro quod nos galileus honore
Exuit in tātas ausus prorūpere fraudes

Non satis est. pueris etiā cōtemnimur. oēs
Nos impune premūt: in nos cōuicia iactāt
Caupones: mimiq3 leues: scurręq3 loquaces:
Falsidicosq3 vocāt. Ergo hęc indigna feremꝰ:
Nec totiēs lęsi semel vlciscemur: inertes
Sic sumꝰ vt viuos nos nō intelligat hostis:
Nos perijsse putāt: deffunctaq3 numina vita
Vulgus ait Tempꝰ veniet cū turbine tanto
Christigenas asię regnis libyęq3 fugatos
Inuoluam. ꝓperate dies. velociter anni
Currite. Ferte cito Machometia tꝑa cursu.
Interes mētea alijs solabimur ęgras
Supplicijs. Vna nostras in ꝟgine vires
Experiamur. erit nostri reuerētia forsan
Maior ab exemplo tali. Catharina superbo
Nostra supcilio dānat simulachra: deosq3
Impia subsannat. vultuq3 elata supbo
Nō venerem nō Iunonē non Pallada nō me
Tanta est impietas mīmo dignatur honore.
Iupiter hęc. magno socij fremuere tumultu.
Exiliūt irę: furiaꝝ incēdia surgunt.
Et furor ignitis oculis ⁊ fronte minaci
Excādescit: vti rapidis cū ferrea flāmis
Lamina cyclopū excoquitur flagrāte camino
Iupiter vt vidit grauibꝰ cōmota querelis
Numina sic iteꝝ sumptis sermonibꝰ inquit.
O Soboles iucūda mihi plutonia cōiunx
Persephone qn̄ miseri te cura parētis
Sollicitat cita tartareas descēde sub vmbras
Plutonēq3 roges vnā mihi mittat herinnem:

Tisiphonem: aut Alecto: diramiue Megęram.
I pete nata vix: grauibusqꝫ obnitere ꝟbis.
Scis quibꝰ ille modis possit quove ordīe flecti
Sic pater. hęc respōsa dedit ꝓserpina patri.
O pater. heu frustra furias in tale vocamꝰ
Obsequiū: poscit furias sibi Tartarus omnes.
Nec satis officio faciūt. vix prima Neronem
Vix decium fratrēqꝫ Titi execrabile sancta
De radice genꝰ colubris ⁊ verbere duro
Corripit. indomitę pugnāt cum manibꝰ vmbrę:
Vociferāt altum lateqꝫ incēdia iactant.
Tantus in igne dolor: tāta impatiētia flāmę.
Nāqꝫ ea gentiles aīas in tartara iactās
Nō sinit alterna requie mitescere poenā.
Et modo romanis thalamos stratūqꝫ duobꝰ
Regibꝰ imperij qui deposuere labores
In medijs Cocyti vndis cōponit: et altum
Figit humi puteos: quātum marpesia cautes
Ingenti vix mole nouem descēderet annis.
Altera iudęos recutitęqꝫ improba gentis
Semina: quę postqꝫ lętali vulnere Christū
Abstulit antiqua nequicqꝫ lege superbit.
Curat: et ardētes mergit phlegethontis in vndas.
Sępius Herodes geminos natūqꝫ patremqꝫ
Cędit: insertat candēs in guttura ferrū:
Tercia Christigenas odijs infensa cruentis
In vada pręruptę celso de vertice rupis
Pręcipites acherontis agit: versosqꝫ ꝑ amnem
Luctificū trahit hāmato ꝑ saxa tridēte.
Et iacit in flāmas: quę defficientia nunqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Sulfura depascũt. fumoq; inuoluit ꝛ igne.
Sz quid op⁹ pater hic furijs: ego iussa capessam.
Fare. patris nõ est fas dissimulare dolorem.
Vade ait ardẽtes quã do Maxentius aras
Consulit imperij cupid⁹ sub nocte silenti
Hęc respõsa dato. Nilum pete: sacra deoꝝ
Restitue: ꝛ tãta tibi pro pietate coronam
Accipe: ꝛ insignẽ fulgenti murice clauũ.
Sic ait: ꝛ natę pater inclinat⁹ ad ora
Permulcẽsq; caput dextra dedit oscula frõti.
Persephone mãdata facit: coruiq; figuram
Induit: et trannãs auras pernicib⁹ alis
Pręterit hãmonis teplũ admirabile quondã
Dum Jouis imperiũ maiestatẽq; colebãt
Terrigenę: a libycis quod noĩa traxit harenis.
Jamq; tenet syrtes: facit hic breuis vnda vadosum
Aequor: et est ratib⁹ magnis imperuia Tethys.
Trãsuolat inarimen ęterno ardore coruscam:
Quę premit ingẽtem saxosa mole Tiphoeum.
Jam tenet italię littus: lauiniaq; arua.
Intrat ad vrbanos strepit⁹: celsaq; resedit
Tarpei sup arce iouis. populũq; patresq;
Et tria despiciẽs fora post delubra tonãtis
Solis ad exortũ Romę decora alta superbę
O caput o florens terreni gloria mũdi
Dixit vt excelso tetigisti vertice coelum
Indigetes oblita tuos geniosq; laresq;
Atq; Jouem ꝛ natos demens ad inania Christi
Tã cito degeneras documẽta fideq; nefandam.
Sic ait: et Petrũ quater execrata columnam

Traiani quę functa foro supereminet vrbi
Inuolat. ⁊ corui iam desinit esse: breueq;
Se trahit in nebulā: et Maxētia tecta subintrat.
Nox erat: et phoebe gelidis argētea bigis
Collis auentini summo de vertice tollēs
Cornua lustrabat radijs pallentibꝰ vrbem.
Impius ad magicas redijt Maxētius artes:
Combustiq; affert cineres infantis ad aram.
Consulit exta: vocat manes: ⁊ numina lęthes.
Nacta vias faciles ⁊ idonea tempora fraudi
Persephone cōmenta sagax insibilat aura
Partenui. fibrasq; mouēs fęlicia signa
Fingit: ⁊ inuoluit regis caput igne corusco.
Subridēs: alacri saliūt precordia plausu
Principis: et totā trahit inter gaudia noctem.
Iam parat ire viam pelago: iā cōcipit omnem
Trinacriam: crętęq; domos: cyprūq; Rhodūq;:
Qua zephyris impulsus eat. qua classe latina
Vectus alexādri monstratā annauiget vrbem.
Egregios prima comites de pube quiritum
Deligit: et fulget tyrijs aurata inuictus
Vestibꝰ: gēmis rutilāt segmenta lapillis.
Et vagina sinu gladios hiacynthina pulchro
Claudit: et argētum capulis effulget eburnis.
Septima cōsurgens roseis aurora capillis
Oceani pulchrum caput extollebat ab vndis.
Cum iam cōpositis ratibus ventoq; secundo
Littore ab ausonio soluēs pelusia tendit
Hostia: et illustres pompeia funere campos.
Persephone volat ante: fretū spumātibus vndis

Liberat: et placido facilem facit ęquore cursum:
Nō scythicus boreas illis nō aphricus Auster
Non oriēs Eurus potuit spirare diebus.
Uix sua sub leni crispabat tergora pontus
Applaudēs zephyro: et sceleri se accōmodat ęquor.
Optim⁹ interea mentis de⁹ auctor honestę
Atq; pudicicię custos ne regia virgo
Circūuenta dolis subito labatur ab alto
Pręmonet: et celeri tradidit mādata ministro.
Ille p immēsos coeli glacialis ab ortu
Labitur anfractus: penetrāsq; p aurea tauri
Cornua pleiadū flāmas restringit: et ipsos
Pręterit Errones septē. triuięq; sub orbe
Accipit exiles raris ex ignibus artus.
Regia pgenies cultu redimita pudico
Inter socraticos ⁊ quos academia quondam
Stoaq; cecropijs libros de fontib⁹ hausit
Clausa latet modico pictę testudis antro.
Atq; voluminib⁹ legum stipata duaꝝ
Abstrusos aīo sensus voluebat: et acris
Ingenij vegetas acies figebat in omne
Quod tenebris enigma latet. mysteria miris
Inuelata modis visu penetrabat acuto.
Quicqd ad ornatū fidei exemplaria sanctę
Gręca ferūt aīo vigili condebat: ⁊ omnem
Assidui frugem studij quasi fertilis agri
Primitias quasi collectū de sordib⁹ aurum
Et quasi fulgētes gangis de puluere gēmas
Rasaq; panchxi duro de cortice thura
Roboris: et pinguem torto de caudice myrrham

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Ad Christi delubra ferens Cape summe deorꝝ
Munera dicebat: primę cape dona iuuentę
Quę tibi ꝑ steriles apis hęc tua colligit agros
Prim⁹ Abel pingui coluit tua numina sacro:
Melchisedech panū calathos ⁊ cymbia bacchi
Obtulit. Habraam⁹ dulcem sua gaudia natum
At nos syncęrę tibi virginitatis honores
Collectosq; pia de sedulitate legendi
Offerim⁹ flores: nostra hęc tibi munera sunto
Regia dum tales voluit sub pectore curas
Et fugiens aīo terras: coelestia virgo
Cogitat ecce nouę lucis micat igneus ardor
Atq; repercusso paries splendore coruscat.
Auratę micuere trabes: micuere columnę:
Et subitis visum flāmis ardere lacunar
Nūcius emisso nitidis e nubibus ore
Regia progenies dixit. quia concipis alto
Corde deum concessa tibi cōsortia diuū.
Pone metum: secura meas intellige voces
Ille ego qui marię sanctas orator ad aures
Ante fui: tibi de summo modo mittor olympo.
Nam tibi post illam primi debētur honores
Inter virgineas acies albētia castra.
Scis veteres odio lucis studioq; malignę
Mentis ⁊ imperij vanęq; libidine laudis
Dissentire deos christo: et molimine magno
In mores certare bonos: nec posse nitorem
Ferre pudicicię. Clymenes corruptor apollo
Pressit aristei matrem. nymphamq; Dionem.
Iupiter europam. Danaen. Asopida. Ledam.

Atqꝫ Lycaonidem. Maiam. Bacchiqꝫ parētem.
Falcifer oceani natam. Minoida Bacchus.
Persephonem Pluto rapuit. simoentis ad amnem
Congreditur Venus Anchisę. thetidosqꝫ cubile
Pelleus incestat. rector neptun⁹ aquaꝝ
Phorcida. Dedalidem fraudis furūqꝫ magister
Mercurius. Venerem Mauors. et Pallada frater
Polluit: Endimyon vultu. Pan vellere lunam
Iasius Cererem. Nulla est sine labe deoꝝ
Progenies. nisi forte suū quę plāgit Osirim
Inachis arguto pellex iunonia sistro.
Et tibi ꝟginitas istis odiosa parauit
Insidias. iō te longinqua a Thibridis vrbe
Et cōiurata descendūt prelia Memphi.
Nulla sub indigno ꝟtus est principe tuta.
Nulla sub incesto castis est gloria rege.
Nam vicijs ꝓbitas semꝑ cōtraria pacem
Nescit: et hostiles dextra leuaqꝫ cateruas
Sustinet. illatosqꝫ parat se semꝑ ad ictus.
In ꝟtute labor. sꝫ in ipso certa labore
Dona: fit ex operis merces. ęterna resurgit
De sudore quies: et de mocrore voluptas.
Nō habet ex omni numero plebisqꝫ patrūqꝫ
Victricem nisi qui potuit certare coronam.
Et multis certare datum: sꝫ vincere paucis:
Atqꝫ coronari ⁊ celebres vectare triūphos.
Quare age surgētes audaci naue procellas
Rumpe. ꝑ aduersos aperi tua carbasa fluctus.
Nec flantes horresce notos nec murmura ponti
Irato te crede mari proramqꝫ patentes

Ad coeli cõuerte vias. reget ipse per vndas
Temonem velumq̄ deus: puppẽmq̄ tenebit:
Nec sinet in scopulos fragilem tranare carinam.
Semp̄ olympiaca terram speculatur ab arce.
Et quoscũq̄ operi vidit se accingere sancto
Numine presenti de⁹ adiuuat. odit inertes.
Pugnã inuade: deo nihil aspirãte timẽdum
Nuncius hęc. humili facũdia vginis ore
Sic respõsa dedit. Uobis ego numina grates
Non si vel totidem linguis quot dicitur Argus
Luminib⁹ vidisse loquar: persoluere possim.
Omnia vos homini vitãq̄ alimẽtaq̄ vitę
Uos datis: et coeli vos inspiratis amorem.
Blandicijsq̄ rudes ad cõtemplanda leuatis
Astra aĩos: et opes vestras monstratis in ipsis
Ignibus ⁊ coeli ornatu mundiq̄ decore
Perpetuo: nostrę ne forte libidine mentes
Se lutea imergãt nequeãtq̄ attollere frontem
Ad coeleste bonũ: nostrę vos cura salutis
Sollicitat: nec nostra diu durare potestis
Damna pati: veniãq̄ datis peccãtibus vltro.
Me prope lactẽtem charisq̄ parentib⁹ orbam
Ante puellaris q̄ vos agnosceret ętas
Cum neq̄ faber adhuc vos suscepistis alendam.
Propterea nunq̄ diuis ego thura piandis
Ulla dedi: nunq̄ fumantia vidimus exta.
Sola dei mihi cura satis. mea tempore ab illo
Uirginitas addicta deo: votisq̄ vocata
Palma triumphalis pugnę: qua sanguine fuso
Testificata thronũ christi sup̄ astra venirem:

Miscererq3 choris superum: sedemq3 beatam
Aetherea sortita domo regna illa viderem
Aeternis congesta bonis: visuq3 tuerer
Perspicuo quod certa fides s3 nubila monstrat.
Est amor iste furor: quo tempore saucia longo
Nectar ⁊ ambrosiam sitio: tantusq3 medulis
Ardor inest: tantus coeli calor ossibus hesit
Ut mors nulla queat mihi formidāda videri
S3 iucūda magis. Cur nō quę pertulit Agnes
Ipsa feram: cur nō Agathes imitabile fatum?
Lucia cui⁹ erat: neq3 mens neq3 fortior ętas
Vicit: et istarꝫ foelix trinacria palmas
Vidit. Anastasię tellus romana triumphis
Gaudet: ad istarꝫ laudes ⁊ premia curro.
Tu modo qui coelo frueris diuine minister.
Hęc offer mea vota deo: si fauerit omne
Dulce mihi certamen erit: pugnāq3 diemq3
Arbitrio legat ipse suo: sic fata nitentes.
Vertit humi assurgēs oculos. Se nūcius albam
Colligit in nubem. sparsisq3 per atria succis
Ambrosię: dulci repetiuit sidera cantu.
Iam vada Carpathię sulcās Maxentius vndę
Littus Alexādri ⁊ phariam procul aspicit arcem
Atq3 ait o magni salue pars tercia mundi
Aphrica: romanam fausto precor omine classem
Aspice: et auspicijs diuū mea vota tuorꝫ
Prospera sint: saluete dei saluete penates
Indigenę: quos relligio longęua parentum
Excoluit. sacros venio laturus honores.
Sancta sequor mandata Iouis: ritusq3 reporto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Diuinos a d templa deū. dum talia fatur
Prçuolet ad portū remis ventoq; secūdo'
Cymba leuis: volucrem cursu quę vinceret eurū:
Sūmaq; vix recto fugiēs mouet ęquora lapsu.
Fama p ęgyptū pretētaq; littora ponto
Nunciat aduenisse rates ex vrbe latina:
Aduectūq; freto romani regis alumnū:
Cuncta magistrat⁹ lucem posuere p illam
Publica: pellei priuata negocia ciues.
Festa dies agitur: nitidis vrbana iuuētus
Vestib⁹: et multo testātur gaudia cultu.
Turba coit: pictis oneratur puppib⁹ ęquor.
Murice vela rubēt: radiant amplustria cocco.
Ducitur elato gradiēs Maxētius ore
Splēdidus ɫ gēmis ɫ multo lucid⁹ auro.
Ausonij libyciq; simul glomerātur vtrinq;.
Sistra sonāt. altis lucent in turrib⁹ ignes.
Moenia fronde virēt: et odoro gramine portę:
Altera lux ortum Casij de vertice summo
Extulerat solem: cū rex iam squallida multo
Templa situ iubet ornari: veteresq; p aras
Purpureos spargi flores: et rite parari
Danda Ecatumbęo quę sunt aīalia sacro.
Christigenę soliti crudis pręda esse tyrānis
Cōtremuere metu: ɫ multi petiere Syenem
Thebęosq; lares: ɫ Cyrenaica regna
Aethiopūq; domos ɫ littora gentis Erembę.
Sicut vbi mites aquilā videre columbę
Mare p aereos tractus: nec pinguia rura
Nec placidę retinēt epulę. timor oīa vincit.

Pars latet vmbroso saltu: pars alta volatu
Tecta petit: pars mōtanis caua saxa latebris:
Et pennis percussa sonat pernicibꝰ aura.
Tūc est coepta coli regio deserta: solumqꝫ
Solibꝰ exustum assiduis: et rura venenis
Inclyta: et arentes terrę sitiētis harenę:
Soliuagus vastam petijt tum paulꝰ eremum
Hispidꝰ ⁊ fuluę tectus velamine palmę.
Cuiꝰ ad ignotas veniēs Antonius ędes
Incidit in satyros. mox flebile corpꝰ amici
Condidit: et siccis vitam traduxit in aruis
Inter harenicolas colubros ⁊ sęua leonū
Semina: graminibus vescēs ⁊ flumīs vnda.
Templa coronātur sertis: ⁊ funibꝰ actis
Barbara suspendūt aulęa sub apside curua.
Pinguia mittūtur docti ꝑ rura ministri
Quę vicina bibūt piscosi flumina Nili
Atqꝫ papyriferę dulcem Tritonidis vndam:
Et qua se viridi Mareotis harūdine cingit.
Adducāt delecta boum qui corꝑa centum:
Interea cultros paterasqꝫ ⁊ thura sacerdos
Expedit ⁊ sacras longo locat ordine vestes.
Ante ea neglectus meliori pascitur Apis
Gramine: et extento iacet ad prę̨sepia ventre.
Iamqꝫ dies solēnis adest. mugitibꝰ aurę
Per fora perqꝫ vias vrbis ꝑ compita clamāt:
Aera crepāt: clangore tubę cōplentur acuto.
Consequitur vulgi strepitꝰ turbęqꝫ frequētis
Murmur: et inflato resonat caua tibia buxo.
Clarus ad illustres graditur Maxētius aras:

Et circum pellęa micat romanaq; pubes:
Angelicas alto voces sub corde volutās
Costis: adesse videt speratę tempora pugnę.
Et q̄q; immota maneat sentētia mente
Atq; adamantęis vinclis frenata libido
Inuita ratione scelus non audeat vllum
Ora tñ meditās duri furibūda tyranni
Atq; graues poenas horret: ceu saxea moles
Pulsa freto ⁊ circum salientib⁹ ęquoris vndis
Vapulat atq; tremit: sed nō vestigia mutat:
Dumq; anim⁹ tanto curaꝝ impellitur ęstu
Non procul ecce duę vultu incessuq; verendo
Foeminęę species adsunt: quaꝝ vna Cybeli
Persimilis turrita caput stellataq; frontem
Igneus ore color possit qui pana referre.
Per fora peruolitāt nebulę: gyroq; volucres
Aereo ludūt ⁊ versicolorib⁹ alis
Aequora venter habet: pictasq; ꝑ ęquora puppes.
Squāmiferiq; gregis flexis ꝑ cęrula caudis
Arrectisq; natāt pinnis: ludoq; fugaci
Per scopulos ⁊ saxa volāt viridēq; per algā:
Inferius campi herbosi: curuataq; ripis
Flumina ⁊ excelsi nemorosa cacumina mōtes
Vertice inęquali: pecudes: humanaq; tecta.
Atq; per incultos saltus atq; inuia rura
Auriti lepores ⁊ flexis cornib⁹ errant
Dorcades: et timidi dāmę ramosaq; cerui
Cornua tollētes vacuis spaciātur in agris.
Hęc reꝝ natura parēs: quę virgis ora
Dulcib⁹ amplectēs vlnis. Quid mergeris inquit.

Filia tot curis ⁊ sollicitudine tanta?
Cõtemplare meũ decus ⁊ mea maxima regna:
Sanctaqꝫ de nostris opibꝰ velut ante solebas
Expulsis aĩo curis solatia carpe.
Terra: fretũ: nubes: flãmę: versatile coelũ:
Cuncta meis subsunt regnis. ego cuncta guberno:
Elige de tãtis alq̇d quod mulceat ęgram.
Quid tuus hic moeror sibi vult? quid dulcia miris
Pallent ora modis ⁊ quo tua forma recessit?
Pone deũ curas. diui sua sidera seruent:
Ambrosia viuãt: et delectẽtur olympo:
Terra subest homini: terrena negocia tracta.
Nec fines frustra humanos excędere tenta.
Tu ne potes volucrũ per iter trãnare: sub vndis
Degere: et obscuris inter delphines in antris.
Sirenes vbi sunt ⁊ inertia corpa phocę?
Vt tibi ꝑ spellęa maris per lustra ferarũ
Sic quoqꝫ ꝑ coelos inter consortia diuũ
Legibꝰ ęternis vita hospitiũqꝫ negatur.
Nec fas est homini coelũ sperare. deorũ
Regna cupis: sedẽqꝫ tibi ꝓmittis olympi
Cum neqꝫ brutoꝝ latebris assuescere possis?
Oĩa limitibꝰ certis ego sola diremi:
Quos trãsire nefas. ea vota sup̄flua pone:
Sit tibi cura decor: tua sit tibi cura venustas
Ingenio condita meo dum fingere tento
Calliopes oculos: et ꝟginis ora Medusę:
Vtere delicijs: et ne cõtemne iuuẽtam.
Nec te finge deam. sꝫ te mortalibus ęqua.
Sic natura parẽs tristem solata puellam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Altera quę tales paulum contata loquelas
Hauserat et vafro gressum suspēderat astu
Affuit: Aurati crines: frons lactea: fulgēt
Lucifero similes oculi. rubicūda colorat
Lactētes aurora genas: p eburnea colla
Cęsaries emissa fluit: toga cętera vestit
Aurea quę tracto verrebat syrmate campū.
Coelestis nitet ore decor. sparguntur odores
Ambrosij. crediqꝫ nequit mortalis in illa
Spirit9: aut numen vel nō sine numine imago.
Textus inauratę chlamydi descēsus ab astris
Prolis olympiacę: stygios ingressus ad omnes.
Ignea lingua ꝑ species: qua spirit9 ingens
Intonuit sup ora virū: montisqꝫ relicto
Vertice sideream christ9 remeabat in arcem
Victor: et euulsę coeco plutonis ab antro
Patrū aīę niueis indutę nubibus ibāt
Aera p liquidū: terrā predatus et Orchum
Rex supeꝝ tali repetebat regna triūpho.
Gratia nomē habet: cui9 pꝛestātia formę
Naturę exemplo visa obscurare decorem:
Non aliter q̄ sol maiori sidera luce
Vmbrat: et exoriēs alios exterminat ignes.
Hęc igitur sic orsa loqui. Quid v̄ginis altum
Deijcis in terras animū natura superbo
Coeca supcilio: reꝝ te insana parētem
Dicis. et ignoras a quo tua venit origo.
Nec nosti genus ipsa tuū: tua signa sequuta
Nicomachi proles stellis erymanthidos vrsę
Nauigat ammissis: et naufraga sępius arctas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Flante procelloso bórea symplegadas intrat.
Nãqꝫ aliud vitę genus imortalis olympo
Noluit esse hoī. sed nec te credidit ortam
Nec me vidit inops lucis: mutabile corpus
Contemplata deū sicco ꝑtransijt ore.
Auspicijs hāc vsqꝫ tuis peruenit ad oram:
Hic sua sopito detraxit carbasa vento.
Dic vbi si nosti comites: primęuaqꝫ christi
Castra: triūphalesqꝫ viri: qui sanguine claras
Emisere aīas: et qui vicere tyrānos:
Subiecere deo populos: tibi sola reliqui
Corpora ⁊ immūdos cineres ⁊ tabida mēbra:
Ipsa coronatas coelesti lumīe mentes
In sublime tuli. Quare iam desine nugis
Talibꝰ illustres aīos inuoluere cęca
Nube tuę noctis. versis ita fata recessit
Passibꝰ: at plutei lato natura sub orbe
Uirginis in thalamo fertur liquisse pauorem:
Cuiꝰ vt agnouit fraudes abscōdit amorem
Gratia discedēs eius qui frāgeret omne
Uirus. ⁊ auxilia coeptis ingentibꝰ esset.
Protulit ora pauor gelidę sub imagīe mortis
Pallidus: et curuo cōtractꝰ pectora dorso:
Coecꝰ. ⁊ elinguis. trepidus. vix ossibꝰ hęrens.
Dentibꝰ exertis trunca deformia nare
Ora gerēs: et crure labās: et frigore torpens.
Cuiꝰ vt horrificā effigiem stygiūqꝫ colorem
Et testudineos ꝟgo perterrita gressus
Uidit ab aspectu monstri cōuersa recondit
Lumina: et admoto texit velamine frontem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Tum validis ardens animis alacriqꝫ iuuēta
Strenuus ꝛ grato pretendēs ore pudorem
Virgineū pictasqꝫ ferēs in pectore flāmas
In mediū prorupit amor:cornūqꝫ repertam
Corripit:et monstri repetito verbere terga
Pulsat:et iniectis agit extra limina plantis
Vociferās:ꝛ fuste petēs caput ora manusqꝫ.
Nō secus ac fertur si vera est fabula quondā
Infernū domuisse canem Tirinthius heros.
Calcitrat ꝛ manibꝰ tensis auertere cornum
Nititur ꝛ faciem monstrū defendere ab ictu.
Acrius instat amor:tetroqꝫ in puluere versum
Execrat indignās:limoqꝫ infigit aquoso:
Mēbraqꝫ coenoso sepelit morbūda sepulchro.

¶ Secūde Parthenices Liber secūdus

Letior et pulsa victrix formidine virgo
Ocyus ad templū famulis parat ire vocatis
Nec mora.festināt omnes ꝛ sedula nutrix
Iam longęua ligat crines et ꝟginis ora
Pallida nocturnę fumoqꝫ afflata lucernę
Materna pietate lauat:celeresqꝫ ministrę
Sepositas vestes adhibēt:tyriūqꝫ ruborem
Induit:argēto limbus circūdatur albo:
Et caput aurato nitidum vestitur amictu.
Iam delubra subit.lucent ar'doribꝰ arę.
Mugitu caua tecta sonāt:strepit vndiqꝫ murmur
Plebis ꝛ astantū. Solio Maxētius alto
Gestit:et elato turbam circūspicit ore.
Regia progenies mediū progressa ꝑ agmen
Mox oculos in se populi cōuertit:euntem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Mirātur cedūtq; via: pellea iuuentus
Noīa romanis eius patriāq; domūq;
Auribꝰ admoti narrāt tenuiq; susuro.
Illa mouēs gestu pectus faciēq; venusto
Scādit: et intrepido premit alta sedilia gressu.
Et vicina trucem sic est affata tyrānum.
Me tibi Maxenti solitā preferre salutem
Admonuit regalis apex: summusq; paterne
Maiestatis honor. pietas violata repugnat.
Nam colis hec simulachra deo peritura relicto
Qui tibi solus opes tātas romanaq; patri
Regna dedit: fecitq; maris terreq; potētem.
Nec fuit istius tāti tibi muneris auctor
Jupiter egiochus creteo pastus in antro
Mortalis quondā vite modo lumine functus:
Sz neq; post petri vocē documētaq; pauli
Roma deū nescire potest. sciuere philippi
Et pater ⁊ natꝰ: quos funere sustulit atro
Illa hoīm suprema lues grauiore ruina.
Raptꝰ ad interitū Decius. millesimꝰ vrbis
Annus erat. Tum Roma suos solēniter ortus
Egit: et accepto celebrauit festa tonāti.
Tūc fuit imperij Christo sacrata potestas
Et tādem sub iura dei translata: piamq;
Tum primū sortita fidē: tunc pulsa deoꝝ
Uana supstitio romani a limine regis.
Nō satis est quod mille Joui seruierit annos
Et phlegethonteis sese subiecerit vmbris
Gens longo romana iugo. tuleritq; superbū
Imperiū stygie gentis noctisq; profunde

Nubila. Nunc iterum iuuat ad damnata reuerti
Sacra deum. parere putant prestantius Orcho
Quam superis. diuina pudet mandata vereri:
Delectant inferna magis: nunc tartara gaudent:
Nunc furie exultant: posita nunc Cerberus ira
Motibus alludit caude. nunc pectore toto
Dulcia ceruleus carpit solatia Pluto.
At superum corda egra gemunt: humanaque damna
Pallida mutato deplorant numina vultu.
Conqueritur mater natum sparsisse cruorem
Innocuum frustra. passum tot vulnera frustra.
Desine Maxenti superos offendere tanta
Impietate: Scelus Rex o romane quod audes
Supplicijs dignum eternis. Ixionis orbem:
Tantaleamque sitim: Ticij tormenta: labores
Sisyphios: ipsi quibus hec noua sacra litantur
Iam tibi decernunt stygij tua numina manes.
Finge tamen non esse scelus dementia saltem
Bistonio ridenda seni. Cur cede cruentas
Cur tantis delubra boum mugitibus imples?
Tu ne deum tali credis placare tumultu?
Tu ne Iouem fortasse putas reuocare sepulchro
Cantibus his? Que te coepit vecordia nate
Cesaris vt fieri credas boue numina ceso
Mitia? te miserum falsis oracula ludunt
Carminibus. non hac emitur romana potestas
Relligione. pium Christi clementia regem
Hec ad sceptra vocat; mundas qui sancta per aras
Dona ferat. qui relliquias iouis atque deorum
Conterat: et pulsis noua suscitet orgia bobus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Quid templi molem hãc magnam miraris ⁊ arcus
A tellure ꝓcul tãto se attollere flexu?
Hęc oĩm fecere man⁹. magis aspice mundũ.
Hoc opus imortale dei: Tua numina gaudẽt
Bobus: at immẽsi verus dominator olympi
Justicia pietate fide. quas iupiter odit.
Dona deũ magis ista iuuãt. sine cęde litandũ est.
Sic ait. ille magis vultum q̃ verba loquẽtis.
Admiratus agi iubet ad regalia tecta
Seruariq̃ locis intra penetralia clausis.
Mente scelus duplex agitãs temerare pudorem
Et violare fidem. pacis iam foedere fracto
Belli feruor adest: dant pugnę classica signũ.
Persephone regẽ stimulis irritat: et acres
Cum venere accẽdit circũ precordia flãmas.
Vritur impatiẽs coeci Maxẽtius ignis
Mens fugit a sacris: et amata ab imagine raptus
Figit humi frõtem ⁊ curis ĩmergitur altis.
Absentẽq̃ aĩo videt alloquiturq̃ puellam.
Et furit: vt quotiẽs lętali saucia telo
Cerua per idęos quęrit medicamina saltus
Dictamiq̃ comam viridem: quę vulnere ferrũ
Mansa fuget: diramq̃ auertat corpe pestem.
Cincta satellitib⁹ tali nil territa casu
Ducitur: et dominę sequitur vestigia nutrix
Perq̃ vias vrbis perq̃ oĩa compita clamãs.
Reddite: quo mitem dominã crudelib⁹ armis
Protrahitis? nutrix ego sum. cunabula prima
Ipsa gubernaui. nostris adoleuit in vlnis.
Vbera prima dedi. dulcem mihi reddite natam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Quam mihi vix bimam mater iam proxima morti
Tradidit: et lachrymās erit hęc tibi filia dixit.
Reddite nutrici dominā: vel pignora matri.
Verte tuos in me vultus o nata: tuamq;
Altricem cōversa vide. nihil esse solebat
Me sine dulce tibi: nostros oblita labores
Non audis lamenta parꝫ nec lumina flectis:
Lumina quę tantū Costus quę mater amabat:
Lumina sancta domus solatia magna relictę.
Tu ne putas sine te caput hoc ⁊ anilia membra
Posse diu superesse: simul moriamur vt vna
Vitimus: et tumulo pariter condamur eodem:
Flebat vt inuadi cernēs a vulture nidos
Lactētes imbellis olor. prędator aduncis
Vnguib⁹ ⁊ duro discerpit viscera rostro.
Flet pater: et viridi queritur proiectus in vlua.
Iāq; ꝓpinquabāt tectis: cum regia ꝟgo
Lumine clemēter verso charissima nutrix
Dixit abi. solare domū: sociasq; saluta.
Non ego sum limen posthac visura paternū.
Euocor ad superos. vos ⁊ terrena valete
Hospitia. obsequijs inopum dodrante relicto
Partib⁹ ęquatis mihi vos succedere mando.
Sic abiens fatur luctu dom⁹ omnis acerbo
Soluitur: et moesto pallet vicinia corde.
Luget inexhausto lachrymarꝫ flumine nutrix
Anxia: et immotis manet ipso in lumine plantis:
Crudelemq; vocat regem ⁊ crudelia tecta.
Diripiūt aulęa nurus: tristesq; ministri
Ferrea cōuoluūt bifores ad limina valuas

Deserte signa atra domus. suspiria totis
Aedib⁹ alta sonāt: eger tenet oīa moeror
Interea sancto metuēs Catharina pudori
Atq; sciēs quali regum impetuosa libido
Ferueat affectu tali prece numina pulsat.
Sancte pater sancti genitor castissime nati
Cernis vt ab rupto lupus insidiator ouili
Hāc extorsit ouem coecoq; incluserit antro.
Iāq; aderit: iāq; inuadet ioue plen⁹: et omne
Attentare nefas adiget venus atq; cupido.
Nil superest opis humane: via clausa saluti
Vndiq; terrene. tua sola potētia nullis
Clauditur obijcibus. nostro succurre dolori.
Atq; pudicicie vento rege vela secundo.
Audijt orātem coeli regina puellam:
Et se qualis erat primi post tempora partus
Obtulit: infantem niueis complexa lacertis
Tecta sinum bisso gradiēs in vestib⁹ albis
Et croceum capiti serum de vellere tegmen
Quod viridi premitur strophio: cum ꝟgine fatur
Plena venustatis procera iuuēcula ꝟgo
Stant vtrinq; leues aīe: quas Iride vestit
Multicolor nubes: pingitq; simillima nostris
Oribus ora: pares decor imbuit aureus alas.
Et sic orsa loqui. tua me suspiria virgo
Deduxere polo: ne sollicitere. pudoris
Sum tutela tui. Sʒ quo secura quiescas
Tolle manū. sibi ꝑpetuo te copulat infans
Cōnubio christ⁹. nurus es mea. pone timorem.
Sic ait; et fuluo digitū puer induit auro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Quod moriēs seruabat adhuc: quod clausa sepulchro
Immortale tenet diuini pignus amoris.
Hic neq; Gnosiacę sequimur figmēta coronę:
Ulla nec in nostro tegimus mēdacia versu.
Uera sz amplectēs rei miracula gestę
Historiāq; canens fidei monumēta reuoluo.
Et iam turba deū sacris dimissa peractis
Cum celer ausonia pelago delatus ab vrbe
Nūcius enarrat regi diademate patrem
Deposito regni sceptꝛa cessisse Galero:
Lucanosq; lares taciti q; silentia ruris
Et nemoꝛ suaues vmbras: vbi mobilis aura
Temperat ardētem placidis afflatibus ęstum
Pręposuisse graui imperio: et splēdoribus vrbis.
Aruaq; ⁊ alcinoi tutam legisse quietem.
Atq; per irriguos fontes ⁊ floꝛida prata
Murice neglecto tristem oblectare senectam.
Lęticiam subitus doloꝛ occupat. oꝛa tyrāni
Plumbeus inuoluit coloꝛ. et patuere latētis
Ingētes animi fluctus sęuiq; doloꝛes
His curis extructa venus: furoꝛ auctus ⁊ ira
Acri bile tumet: nutritq; in pectoꝛe virus
Persimilis pullo qui dum incōsueta recusat
Frena pati: rodit moꝛsu indignāte lupatum.
Post ępulas largo paulū exhilaratꝰ biaccho
Captiuā iubet adduci: spectacula mensis
Rex petulās lasciua volēs pꝫbere secundis.
Illa solo fixis oculis vestigia lento
Tarda mouēs gressu prono regi annuit oꝛe.
Cuiꝰ vt effigiem claram videre decusq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Indolis egregię tenuere silentia cuncti.
Et triuiam vidisse putāt aut ora mineruę.
Ad quam rex solio paucis ita fatur ab alto.
Nane deū nostras tenuerūt orgia mentes:
Nec potuere tuis adhiberi vocib⁹ aures.
Dic age nūc quādo positis cōuiuia curis
Lęta voluptates animoꝝ ⁊ gaudia poscūt.
Unde gen⁹ patriamq̧ tuā nomenq̧ paternū.
Illa manū crucis instar agēs sic incipit ore.
Non ego iactādi studio primordia gentis
Clara meę referam titulosq̧ ⁊ noīa: quādo
Rex romane iubes: gen⁹ est illustre meoꝝ:
Maiores eteni sceptꝛa gessere: meaq̧
Sunt reges in stirpe decē: Lagus oībus auctor
Primus alexādri miles qui condidit vrbem
Et quę regna vides: et Alexandrea vocauit
Moenia: post celebres pugnas asięq̧ labores
Huc venit cum rege Lagus: ptolomeus ab illo
Nascitur a vili proles generosa parēte
Sicut ab exigua descēdit origine flumen
Maius. hic ęgypti lybies arabūq̧ potitus
Imperio quondā. mansitq̧ in stirpe nepotum
Ducētos quadraginta sup nisi fallimur annos.
Ast vbi romanā superis extollere gentem,
Et libycas visum bellis ardētibus vrbes
Uertere mutati reges. Tum regia proles
Interiit. tūc arua meus vicina tenebat
Aethiopū campis atauus prefectus Erembis
Dux animis armisq̧ potēs: regiq̧ ꝓpinquus.
Sanguine supremi vigilās custodia regni.

Qui postq̄ sero audiuit sublata suoꝝ
Sceptra dolēs longe ęthiopū secessit ad vrbes:
Et persępe pater reginę Candacis: illo
Cōtriuit ductore vagos garamantas ꝛ acres
Massilū populos: arabūqꝫ ꝑ ęquora classem
Duxit: et Indoꝝ spolijs remeauit honustus.
Quart⁹ ab hoc Costus genitor mihi doct⁹ ꝛ ipse
Militiam: veꝝ patrię telluris amore
Ductus ad antiquos redijt cū prole penates:
Argētiqꝫ tulit secū graue pondus ꝛ auri.
Tandē huc aduectus tectū mercatur ꝛ agros:
Atqꝫ clientelis clarus famaqꝫ parētum
Prim⁹ in vrbe fuit: romanaqꝫ castra sequutus
Semꝑ in ausonijs senuit fortissim⁹ armis.
Hinc gen⁹ ipsa traho patri nata vnica Costo:
Et generis tāti soboles ego sola supersum:
Multa dies alios lōgęuaqꝫ sustulit ętas:
Hac est orta patrū soboles hac desinet vrbe.
Sic gen⁹ ꝛ patriam nosti nomenqꝫ paternū.
At postq̄ vita functi cecidere parētes
Ne lasciua meā macularet inertia mentem
Ad studiū duplex curas ꝛ pectora verti
Fonte salutares christi suscepim⁹ vndas:
Et mea lustrali de⁹ abluit ora lauacro:
Ipse vir ipse pater castum sacrauim⁹ illi
Corpus: et elabens annis velocibus ęuū:
Hęc mihi prima sal⁹. teneris me Costus ab annis
Tradidit eloquij studijs: et misit ad vrbes
Cecropias. vidi thebas dirceaqꝫ rura
Attica regna solum pelopis lacedęmona claram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Legibus: et quondā bellis ac marte potētem
Atqꝫ Therapneos saltus helenęqꝫ penates
Minoisqꝫ domos: pręruptaqꝫ saxa corinthi.
Et Rhodon illustrem phœbo statuaqꝫ superbam
Marmorea: et lyndi sacris atqꝫ Herculis ara.
Vidimꝰ ⁊ delphos dodoneasqꝫ columbas:
Cortinam tripodas phœbi pythoniaqꝫ arma.
Cycladas ⁊ thraces troianaqꝫ vidimꝰ arua
Atqꝫ oēm lycij graia rate legimꝰ oram
Littoris: ausonijs mox pceptoribꝰ vsa
Facta tuę gentis didici: totūqꝫ latinis
Viribꝰ ⁊ bellis attritū ingentibꝰ orbem.
Regna Britannoꝝ Germanorūqꝫ superbam
Progeniem. scythicas alpes hircanaqꝫ longe
Littora: et Euphraten: nabathęaqꝫ rura: Syenem
Et libycas arces: et qua iuga porrigit Atlas
Maximꝰ inuasit romanę gloria gentis.
Cęsareos proceres ⁊ quarti sęcula regni
Atqꝫ tot illatam crudeli vulnere mortem
Principibꝰ legi mores ⁊ furta deoꝝ:
Et tandem nihil esse dies mutabilis cui
Demonas esse deos ⁊ totū ambagibꝰ orbem
Constat in errores ductū: nullamqꝫ saluti
Esse viam nisi per christi documēta fidemqꝫ:
Sic arabū libri sic vult iudęa vetustas
Sic quibꝰ ⁊ vestri credūt cecinere sibyllę.
Quo magis admiror vos qui terręqꝫ marisqꝫ
Regna gubernatis: quoꝝ mutabile vulgus
Ducitur exemplo tam claro errore teneri.
Et tanta simulachra deum ambitione tueri:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Et statuas hoꝝ diuino extollere cultu
Quoꝝ vita fuit sceleꝝ sentina. Quod Jo
Nostra. quod ichneumon: et quod latrator Anubis
Accipiter felles Bos oxyrrhynchus et ibis
Numen habet: taceo martem phoebūq̄ʒ iouemq̄ʒ
Quoꝝ tanta canūt vestri miracula vates.
Hi stygios ideo metuūt iurare ꝑ amnes
Quod stygijs mersi stagnis altaq̄ʒ palude
Dant sceleꝝ atroces iusto sub iudice poenas.
Veridicū vero christū sine crimine cuius
Vita fuit nigro manes qui traxit ab orcho
Qui coecas hoīm mentes ꝛ lucis egena
Lumina restituit: siccisq̄ʒ liquētia plantis
Aequora calcauit: fugitis. reuocare memēto
Rex romane pedem iusti trās limina lapsum.
Talibus orātem vrbis mirata sedentū
Lecta cohors ciues pharij proceresq̄ʒ latini.
Inspectusq̄ʒ magis sexus dicētis ꝛ ętas.
Illa etenī ter sena fuit supremaq̄ʒ bruma:
Rex tñ implicitus diuoꝝ ambagibus ęgre
Dicta tulit. mandat vinclis ꝛ carcere claudi:
Affligiq̄ʒ cibo tenui. vix fluminis vnda
Vix simplex concessa ceres. inclusa tenebris
Orat. et in magna versatur luce ꝑ vmbras.
Sedula persephone mēdacis imagine sumpta
Pincernę Ichthyboli cui vox obscura procaxq̄ʒ
Ingeniū. tumidęq̄ʒ fauces: turgētia labra:
Diffusęq̄ʒ aures et nasi plurima moles:
Signa viri excordis missaq̄ʒ furentis habena:
Pes breuis: et grandes proceri corporis artus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Angustūq capút: frons multo obscura capillo.
Hic erat in magica regi comes vnicus arte.
Fatur: et obscuris vocem de narib⁹ haurit.
Virginis vni⁹ quid tāti pendim⁹ ora
Rex romanę. rudes inter facunda videri
Garrulitas indocta potest. nos prælia docti
Militiamq sum⁹. si dimicet ense vel hasta
Nemo ex hoc numero tali fugitur⁹ ab hoste est.
Vex hoc nō ferro bellū sed voce gerēdum.
Nemo est oīs homo: non oēs omnib⁹ artes.
Collige finitimis claros ex vrbib⁹ omnes
Rhetoras: et quib⁹ est romanę copia linguę.
Audiat hos mulier de relligione loquētes:
Et pudeat carpsisse deos: explosa Dione
Aeneadū matri ⁊ nostro det thura Quirino.
Si neget: impietas ferro plectetur ⁊ igne.
Persephones omni placuit sentētia mensę
Et simul a toto coetu laudata sedentum.
Nam soliti ludos celebres inferre theatris
Talia romani curāt spectacula ciues.
Mittitur ad Solymos: ad Idumeos: et Erembos:
Ad claram Zenone Cyprum: licet ęquora ventus
Tollat: et albētes veniāt ad littora fluctus.
Regia cōtemnit leges ⁊ frena libido.
Mittitur ad Scithię campos: Mendesiaq arua:
Hermopolisq lares: ad aquosam Naucratis oram
Necropolim: et claram Menelai classe canopum:
Qui vocet eloquio insignes fandiq peritos
Proemia victori statuit vasa aspera gēmis
Aurea: purpuream vestem lauriq coronam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Interea cupidus regni Maxentius alto
Corde volutabat Romam. cupit ire ꝑ vndas
Nauigio celeri: patrięq3 inuadere fines.
Sz picę nubes ⁊ hyems cōtraria nautis
Impediūt cursus. Aquilo bacchatur: et Eurus
Importunus agit pluuias: freta concita clamāt
Nec spes vlla vię superest nisi vere reuerso.
Nam ꝗq3 hybernis nōnunq3 tuta diebus
Aequora sint dubio tñ inconstātia coelo.
Propterea inflatū rabies abscōdita pectus
Rodit. ab imperio exclusum dum se videt vndas
Execrat: et ventos ⁊ singula numina ponti:
Doridaq3 ⁊ natas: cū matre palęmona. Glaucū.
Protbea. ⁊ oceanū cum cōiuge. vela ratesq3.
Concitus in mitem parat eructare puellam
Conceptū virus: tacitaq3 incēditur ira.
Nō secus ac circūpositis hastilibꝰ ardet
Cęruleus serpēs: et aperta fauce venenum
Colligit. igniuomisq3 oculis atq3 auribꝰ altis
Sibilat. ⁊ tetram diffundit in aera pestem.
Sic furit impatiēs cęsar. iuuat ignibꝰ ignes
Persephone. modo nycteridē modo nycticoracem
Fingit: et hoc acri premitur Maxētius oestro.
Perdius ⁊ pernox. aīm quoq3 somnia vexant.
Arduus ęoi mons est titanis ad ortum
Mons asię libyęq3 tenens confinia iusta
Et quasi cōmunis limes caput erigit altum
Assyrios arabesq3 videns ęgyptiaq3 arua
Vertice de summo. Casium dixere sepulchro
Romulidę magni ⁊ celebri iouis inclytus ęde:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Huc oblectãdę studio per littora mentis
Fertur equo Cęsar. triduoq; in rupib⁹ altis
Delituit magicis exercēs carmina signis:
Ichthybolusq; comes: tenuiq; abscōdita nube
Persephone. ⁊ tacito profert mēdacia risu.
Interea cōiunx vultu verbisq; puellę
Capta moras nō fert: sed mox absente marito
Opportuna videns data tp̄a nocte silenti
Cum duce porphyrio qui prestātissimus armis
Cyrene prefectus erat: sed venerat illis
Milite cum multo sacrū ad solēne diebus
Tendit ad horrētes obscuri carceris vmbras
Et tenui densam superat vix lumine noctem
Ignis: anus cornu clausum quem preuia gestat
Hostia claudebāt aditum tria ferrea magnis
Vectibus: et squallere situ loc⁹ ante solebat
Terrifico. nigra fornix caligine tinctus.
Humidus: ⁊ nitrea paries lanugine candēs.
Marmoraq; assiduū semp̄ lachrymātia rorem
Et iam cardinib⁹ primo de limine versis
Impulit ignotus nares odor oīa vincens
Quę reges vnguēta syri persęq; solebāt
Delitias inter gēmis includere ⁊ auro
Talia seu mallent ꝓprios seponere in vsus
Seu dare natarꝫ muliebri scrinia mundo.
Mox rimis illustre iubar clarescere visum
Quod duplices abigat noctisq; ⁊ carceris vmbras
Attoniti pressere pedes. ⁊ lumine tecto
Aurib⁹ arrectis pendēt: audire loquentes
Concētumq; lyrę exilem vocesq; canētum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Pertenues visi. Raptę dulcedine mentes
Per lõgas immota moras vestigia figunt.
Talia coelestes animi solacia castis
Indulgere solẽt: terrę contagia postq̄
Dedidicere graui scelerũ de turbine sanctam
Deducti ad mentis requiem atq̄ silẽtia claustra.
Prolata mox luce fores reserãtur: et ipsam
Compedib⁹ vinctam duris gelidaq̄ grauatam
Mole catenarũ & grauia inter saxa iacẽtem
Ieiunam tremulãq̄ gelu videre puellam.
Quod neq; myrmidonũ quisquã dolopũue nec ipse
Phalaris aut duri miles busiridis ausit
Non diomedeus stabula inter sęua minister
Hoc ferus infandi sceleris Maxẽtius auctor
Indignus qui viuat agit. Clementior ipso
Crudeli regina viro charissima virgo
Dixit in has tenebras quę te fortuna redegit?
Cur tali ęrũna tantoq̄ horrore sepulta es?
Quis tuus iste de⁹ qui te tam tristia iussit
Vincla pati? Cur vis tenere miserãda iuuẽtę
Perdere felices istis cruciatib⁹ annos?
Ad quã subridẽs oculis cum voce leuatis
Virgo ait: infectę fulgẽti murice vestes
Ante cadis rapidos ignes patiũtur ahenis
Quã celebres vsus habeãt: regũq; ferãtur
In thalamos. prius accensis fornacib⁹ aurũ
Soluitur in riuos & multo vapulat ictu
Quã gremio suaues epulas & vina capaci
Accipiat. multo subigũtur verbere farra
Ante fatigatis q̄ sint alimenta colonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Mens humana sui sub inerti pondere pressa
Carceris ⁊ terrę latitans in mole caduca
Non nisi ꝑ luctus ⁊ lamētabilis ęui
Supplicia ęternos mūdi sortitur honores:
Non aliter fecis luteę cōtagia possunt
Abradi: imbibitas sordes aīoqꝫ receptas
Hę reserāt artes: nec te regina voluptas
Si veri tibi cura boni: si cura salutis
Perpetue fallat: blāda sub imagine semper
Ingreditur. nardi succos vnguenta sapores
Mellifluos pręfert vultuqꝫ applaudit amico.
Sꝫ nihil est sine fraude: latēt sub mella venena:
Quę postq̄ imprudēs biberis fugit illa repēte
Lęta dolis. manet infixū sub pectore virus.
Dic vbi nūc illę: quaꝝ vulgata theatris
Crimina cōculcant probitatē humanaqꝫ corda
Mortiferis abigūt studijs. Briseis. Elisa.
Phyllis. et Oenone. Sappho. Chryseis. et Helle.
Tyndaris. et mater. Medeaqꝫ. Pasiphaeqꝫ.
Atqꝫ meę Cleopatra dom⁹ graue dedec⁹: omnes
Vt du xere breues foedis in sordib⁹ annos
Ad stygios venere lacus: terręqꝫ sub vmbras
Forma voluptates ⁊ opes et gloria regni
Non valuere sequi dominas: post funera nulla est
Disparitas animis: nisi quā dum vescimur aura
Disparitas moꝝ inducit. si cernere fas sit
Aethereos regina lares ⁊ limina diuū:
Occidet oīs amor vitę mortalis: et vltra
Nulla dies posset curis abducere vanis
Altius afflatam diuino lumine mentem.

Nec nisi ꝑ multos voluit deꝰ esse labores
Ad sua regna viam. nec sidera segnibꝰ offert.
Sic nos ipse suo noster princepsqꝫ paterqꝫ
Admonet exemplo christus: qui brachia ferro
Trāsfigenda dedit: plātasqꝫ ⁊ pectus apertū:
Ipse videns hoīem antiquis erroribꝰ actum
Immersumqꝫ altis tenebris nō posse reuerti
Ad coelestis iter patrię: et simulachra deosqꝫ
Marmoreos colere ⁊ vili se credere ligno
Venit in hos artus: ⁊ aperto lumine noctem
Abstulit horrēdam: atqꝫ vagos collegit in vnū
Iusticię ⁊ fidei callem quo sancta nepotum
Posteritas adiuta domos intraret olympi.
Sꝫ tuus hic cęsar diuū responsa sequutus
In veꝝ mouet arma deū: multosqꝫ trucidat
Christigenas: qui mox vt deseruere caducum
Corpus in ęthereos ignes ⁊ sidera tendūt.
Ipse autem infelix omniqꝫ miserrimꝰ ęuo
Se grauibꝰ mergit poenis: et more gigantum
Pugnat vt excelsos trahat in sua pectora mōtes
Nūc delubra iouis nocturnaqꝫ cōsulit exta:
Et sibi ꝓmittit sceptrū tarpeiaqꝫ regna
Ambit: et ignauo sperat succędere patri.
O fragiles curę o dominādi insana libido:
Quot latijs nuribꝰ lachrymas quot funera romę
Quot cędes dabit illa dies: cum dignior ipso
Missus ab occasu princeps insignia christi
Qui feret ommissis aquilis latissima solus
Regna gubernabit. christoqꝫ auctore potitus
Imperio christi leges extollet ad astra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Vir tuus arma ferox capiet: sed marte sinistro
Corruet: ⁊ tristes crebi rapietur ad vmbras.
Quare age ne nostros luge regina dolores.
Sꝫ magis ęrūnas ⁊ formidāda mariti
Damna tui: prolisqꝫ tuę: stragemqꝫ tuoꝝ.
Nāqꝫ ego si paulū afflicto sum corꝑe pressa
Nil tñ est in me flendū mihi: sidera carcer
Parturit iste mihi: faciūt tormenta beatam
Et iam finis adest: noctem iā terminat ortus
Lucifer: et clari facies aperitur olympi.
Sic ait. auditas quasi quędā oracula voces
Cum duce Porphyrio volucēs regina sibyllam
Coelitus afflatā nec ꝟba humana sonātem
Estimat: et paucis sic est affata puellam.
Credim⁹ o ꝟgo coelite arcana tenere
Nec te tāta pati nec te sine numine fari.
Credim⁹ ⁊ christo tecum: volumusqꝫ salutis
Participes tātę fieri. Clarescere Christus
Incipit: et totū late regnare ꝑ orbem.
Omnia christus habet: rubet oīs sanguine tellus
Innocuo. memini Romę vidisse gregatim
Christigenas duci: et quosdā perijsse ferarum
Morsib⁹: et quosdā gladijs: in flumīe quosdam.
In mare cōplures fodiēda ad marmora missos.
Flumina terra fretū fuso sacrata cruore
Numen habēt christi: debētur ⁊ oīa christo.
Vidi ego Celicie poenas: et flebile sanctę
Funus Anastasię vidi: Euphemięqꝫ dolores.
Tyburti fratrisqꝫ necem: Crudelia nobis
Vulnera Chrysogoni veniēs narrauit ab Istris

Nuncius: et fateor lachrymę cecidere tepentes.
Hippolytus laniatur equis. laurētius ardet.
Nec superare viꝝ flāmę neq; ferrea possunt
Verbera: sic emitur coelum: sic inuidus orchus
Vincitur: et nulla esse potest victoria maior.
Jam mea terruerāt crebrę corda intima mortes.
Et tanta horrebam passim lamenta: virūq;
Sepius increpui: veꝝ furibūdus ⁊ atrox
Nec seruare modū miseris neq; parcere nouit.
Viderit ipse suam sortem. Nos castra subimus
Christe tua. et posthac tua numina sola sequemur.
Pauca pati satius: breuibusq; ęterna parare
Gaudia supplicijs: q̄ꝫ dum fugientia frustra
Complexi bona conamur retinere laborem
Perdere: et infernos demū descēdere ad amnes.
Sic ait. et rubro surgebat ab ęquore fulgēs
Lucifer: et Casium rutilās aurora cacumen
Luce colorabat crocea. Regina comesq;
Porphyrius fletu madidi rediere per vmbras.
Nona dies aderat. turba stipante tyrānus
Affuit: at decima subierūt moenia luce
Rhetores acciti verboꝝ ambage parata.
Arduus ad leuam portum subeuntibus alta
Rupe locus surgit pharię contrarius arci
Vnde licet totam claris prospectibus vrbem
Subiectasq; rates sinuosasq; littora portus
Et ꝓcul in Cyprum fluctus spectare natantes.
Hic fuit Antoni cum iam Cicerone perempto
Victus ab Augusto ciuilia poneret arma
Regia: mox iteꝝ renouata in littore pugna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Fractus in has fugit latebras: noua moenia Cęsar
Nicopolim dicēs statuit: monumētaq; victor
Inclyta pelleis posuit cōterminia portis.
Hic igitur positis amplissima sedibus aula
Cingitur aulęis: lōgo velamina tractu
Accipit: ⁊ picto paries vestitur amictu.
Hic Ninus ⁊ cōiunx sexum mētita virilem
Coctilibꝰ muris babylona Semiramis ambit.
Assyrij reges persę medięq; sequūtur.
Hic Cyri genꝰ ⁊ pugnę funusq; cruentū.
Et Thomiris vultu scythię regina superbo
Sanguineū regis caput insertabat in vtrem:
Id quoq; subscriptū grais epigrāma figuris
Debita sanguineo mors sanguinolēta tyrāno.
Hic Iouis et Semeles gangetica filiꝰ arua
Vastat. et imbelles inuoluit cędibꝰ indos.
Miles Alexādri longinquū nauigat ęquor:
Diues ⁊ emissis petitur Taprobana mergis.
Nāq; polus gemina qui circūscribitur arcto
Occidit: et gelidos illic nō porrigit ignes.
Sidera sunt illi nobis incognita coelo
Quę diuersa creant illis animātia terris
Diuersosq; hoīm mores aliumq; colorem.
Quādo dies illis oritur densissima nobis
Nox silet: et medio voluūtur sidera lapsu.
Huc igitur romana cohors cum rege latino
Septaq; multiplici regina satellite venit
Certamen visura nouū: et sine noīe turba
Plurima. Substratis aurata tapetibꝰ alto
Fulget sella loco: quam vix Maxētius ostro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Splēdidus & gēmis late rutilātibus intrat.
Quinquaginta acres animis linguaqꝫ deserti
Rhetores ad leuam positū ascēdere tribunal.
Pellitur e medio vulgus: sedere latini
Ad dextrā pceres. lagidę tenuere sinistram.
Ordinibusqꝫ silēt cōpleta sedilia longis.
Ingreditur virgo tanti certaminis auctor
Quam circū magno Masamon strepit agmine lictor
Gens fera gens immanis agēs ex ęquore predas
Cū miseros aquilo iacit in vada syrtica nautas
Splēdida lucifero similis Catharina nihilqꝫ
Extenuata fame & roseo spectabilis ore.
Nam de⁹ vt sęui torqueret pectora regis
Illius ambrasia vultū frontemqꝫ comasqꝫ
Tinxerat & totā coelesti afflauerat aura
Iussa sedet. trabs alta ligat pendētia pugnę
Proemia: stāt versis arrecti vultib⁹ omnes:
Cuncta silēt: regis nutu data copia fandi
Talia tum prim⁹ sumpsit primordia Rhetor.
Maxime romulidū Cęsar: quē iupiter vnum
Deligit: immēsi cui sint cōsortia regni.
Non ego dicēdo laudes ęquare deorꝝ
Posse puto: neqꝫ enim fas id mortalib⁹ vllis
Sꝫ ne tāta leues verbosa licētia linguas
Inflet vt in superos passim cōuicia iactent
Pauca loqui suasit pietas: causamqꝫ tueri
Coelicolū: qui te Cęsar romanaqꝫ regna
Pręcipuis tollūt studijs. qui barbara tādem
Ausonię sanctis domuerūt legib⁹ arma.
Maximus hic orbis gemino qui nititur axe

D ij

Quem decorãt ęterni ignes: quem circuit ardēs
Lumine ppetuo Titan germanaq; phoebę
Nil ioue maius habet. sedet alto in vertice mūdi
Tartaraq; et terras cōplexus ꝛ ęquor et auram
Imperio ęterno regit oĩa iupiter implet:
Omnia mēte gerens aĩo procul aspicit omne
Temp⁹: et incumbēs cubito vigil excubat: ipsi
Nulla quies ꝛ summa quies: ab origine factum
Seruat opus: semperq; nouis noua corpa formis
Suscitat: ex astris aĩas vitalibus haurit
Quas in membra pluat: mox vitę munere functas
Euocat ad coelos itez. post tempora soli
Nota sibi rursum emittit rursumq; reducit
Hoc opus est quod fine caret: sʒ summa voluptas
Ipsi operi cōiuncta quies ęterna vocatur.
Ipse sibi tantę molis ne solus habenas
Flecteret vt tāti facerent cōmunia regni
Gaudia progenuit natos: quos sustulit inter
Sidera vt ex alto curēt mortalia coelo.
Sic venus ꝛ pallas sic mars seriesq; nepotū
Surgit. vt Aeneas et Romę conditor vrbis
Romulus: et claro stellatus in ęthere Cęsar.
Indigetesq; aliĳ: quoz tutela iacentes
Mittitur in terras. Meritis ꝓ talib⁹ ipsi
Cum dare nil meli⁹ possint fumātibus aris
Thura ferūt homĩes: onerātq; altaria donis:
Templa locāt: tātoq; deos testantur honore.
Hinc Ephesi moles. hinc donęq; columbę.
Hinc hāmonis opus clariq; oracula phoebi
Et lycię sortes: et delphica phocidis antra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Nãq; hoīm miserata graues pia numina curas
Dant varijs responsa modis. instãtia bella
Insidias pestemq; monēt casusq; sinistros
Ingruere. humanis nunq̄; tacuere vocata
Supplicijs. tumidus Medꝰ cū milite graios
Opprimeret Xerxes miserantū oracula diuū:
Vincendi docuere viam: cum punica bella
Cladibꝰ innumeris italos romanaq; regna
Concuterēt diuū phrygio de littore mater
In latium trãslata grauem sedasse tumultum
Dicitur: auspicijsq; deę vicisse latinos
Et nedum eiecisse suis de finibus hostem.
Sed libycos etiã ferro flãmaq; penates
Vastasse: atq; armis bursam euertisse potētem
Quid referam auxilio iouis ⁊ iunonis ab arce
Deiectam senonū gentem: et capitolia forti
Diuoꝝ protecta manu: pestemq; repulsam
Moenia cū phoebo satus atq; Coronide nympha
Versus in effigiem colubri romana petiuit:
Quo fit vt impietas atq; irreuerētia diuū
Sit scelus horrēdum: ⁊ nullo delebile sacro:
Sacrilegas odere manus: odere superbos
Numina. Tantalidis natos latona peremit.
Jupiter anguipedes congestis montibꝰ ausos
In superos tentare viam. curruq; volanti
Eolidem aggressum tonitru simulare fragorem
Fulmine deiecit. toruęq; Lycaona regem
Induit ora ferę. nudus cute Marsya phoebum
Repperit vltorem. temeraria sensit Arachne
Pallada cęcropiam. mentitę pergama troię

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Ira tridentiferi perterruit Ennosigei.
Sz quid ego annitor phoebo superaddere lumen?
Ista satis fulgore suo sentētia nota est.
Et scelus a superis habet & sua proemia ꝟtus.
Quare age cōceptum ꝟgo depone furorem:
Nec tētare deū genus infęliciter aude.
Est thalamis prelata venus prelata puellis
Nubilibus. tędas nisi sis pertesa iugales
Sit tua cura venus. quod si seruare pudorem
Virgineū mauis tibi sit tutela Dianę.
Numen vtrūqz pium. tua qui iam possidet orbem
Vota secundabit cęsar. quid pallida moeres
Pone metū virgo infęlix. resipisce parūper
Pro generis splēdore tui cōnubia cęsar
Clara dabit. nam te Lagidarꝫ a sanguine ductam
Cōmemorāt. proauos semenqz imitare paternū
Et cognosce deos quos agnouere parētes
Ante tui. quisnam nugas ꝑsuasit aniles?
Vt genitū obscura segniqz ꝓpagine Christum
Numen habere putes? mūdus cōiurat in oēs
Christigenas. iam terra rubet iā sanguine pontus
Spumat: et ex toto gen⁹ hoc exploditur orbe.
Et tu docta bonas artes sata sanguine regū
Et formę splēdore nitens. gratissima tantis
Principib⁹ magnę dn̄o gratissima Romę
Et modo florētes annos ingressa iuuētę
Sponte tibi mala tāta paras? vis ferre latētes
Carceris obscuri tenebras. vis ferre catenas
Extremāqz pati sęua inter vulnera mortem?
Ah miserere tui saltem: miserere tuorum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Desertę miserere domus. lamēta precesq;
Ne cōtemne tuę gentis. depone rigorem
Marmoreū virgo. nec cōtra iura deosq;
Foemineas extēde manꝰ. tibi gloria victę
Maior erit q̄ȝ victrici. spes vnica tanti
Sanguis extingui prolē patiere tuorꝝ?
Carmibꝰ tua corda malis possessa retardat
Christꝰ: et haud cōpos mentis cognoscere sanctos
Nō sineris monitus: sȝ mox vt martis ad aram
Numen adoraris pulsa caligine tollet
Libera mens oculos. ⁊ te tua limina lęto
Accipiēt vultu reducem. quid lenta resistis?
Rumpe moras. nec te clemētia Cęsaris vllum
Ad scelus inuitat: nec ad importabile pondus
Urget: opꝰ leue. iucūdum. laudabile sanctū
Imperat: id ꝓceres optāt. id supplicat omnis
Urbs tua. Quid tātis ⁊ sola et foemina votis
Nō parere potes? da thura calētia Marti:
Dux tibi Cęsar erit: nos te comitamur euntem.
Sic ait: et Cęsar nutu assentitur ⁊ ore.

¶ Secūdę Parthenices Liber tercius

Regia Progenies fixis īmota manebat
Luminibꝰ turri similis quā saxea moles
Sustinet: atq; oēm fert incōcussa ꝓcellam.
Et tali assurgēs sermone silētia rupit.
Si mea mens vllo poterat sermone moueri
Hoc fateor cōpulsa foret: nāq; oīa rhetor
Attigit humanū quibꝰ est mutabile pectus:
Et factū satis est arti: si inuicta remansi
Diuinę hoc ꝟtutis opus: si numen abesset

Victor erat: grauib⁹ potui succūbere dictis.
Victrices habeāt lauros prolataq; pugnę
Dona: ferat virtus & nō fortuna coronam
Quod potuit fecit: potui sine numine vinci.
Sz mihi numen adest quo mens arrepta moueri
Nescit. ad Euphratem poti⁹ sua flumina mittet
Eridanus: Thyberim Tagus influet: Abdua Nilum:
Ante et Pyrenes Rhodope iuga mittet ad arces:
Taurus ad Atlantem fugiet: Carmelus ad ossam:
Quā mea sanctus amor Christi pręcordia linquat.
Quam marti & gelidis ponam libamina saxis.
Nec superos odi nec numina sancta nec aras
Numinib⁹ sacras. verū quę numina vanum
Vulgus ait tenebrosa sequēs vestigia patrū
Numen habere nego: teneat si iupiter arcem
Aetheream quis templa ioui quis sacra negabit?
Sponte ego thura feram. Veneris (si numen haberet)
Numen adorarem. Phoebū sequar atq; sororem
Si soror & phoebus dij sunt. venerabimur aram
Palladis ętheree pallas si nata cerebro.
Impius & mergi dign⁹ phlegethonte sub imo
Sacrilego quicūq; deum sermone lacessit.
Sz vetus & toto iam vulgatissimus orbe
Mortales inter miseros efferbuit error
Atq; aliter q̄ res habeat sentire coegit:
Somnia nec refero: sz quod narramus aperta
Monstrari ratione potest. Dic optime Rhetor
Quis fuit ante iouē. qui lucida volueret astra?
Qui regeret coeli cursum: qui clauderet vndas
Littore: qui lęto vestiret gramine campos?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Mundus enim fuit ante iouem: qui raptus ab ipsa
Fauce patris coribantũ op̱a trãslatus ad Idam
Gnosiacasq; domos creteo creuit in antro.
Iupiter est igitur proles humana: ꝓpago
Est humana iouis: nullũ fecere quod ipsos
Esse deos testetur op⁹. furta arma rapinę
Stupra doli fraudes op̱a hęc p̄clara deoꝝ.
O insanę hoīm mentes: quę credere diuos
Artib⁹ his factos potuere: ardẽtis olympi
Artificẽ fecere hoiem: dementia nulli
Admittẽda viro Deus est ęternus: et ingẽs.
Nec compr̄hensus adhuc: nec quę cõprehendere possit
Mens est vlla deũ. Simplex essentia nullis
Intercepta locis nõ circũscripta figuris.
Unus ⁊ in plures nunq̄ diuisus: ab omni
Cõditione ꝓcul nostra. mortalia nedum
Oia: veꝝ etiam vincẽs coelestia longe.
Solus hic immẽsum fecit nõ iupiter orbem
Quicquid habet phlegethon quicq̄d caua viscera terrę
Quicq̄d inest pelago quicq̄d secat aera pennis
Condidit: et solus totũ hoc op⁹ ipse gubernat.
Quę narras de prole iouis de stirpe deoꝝ
Scęnica sunt leuib⁹ vulgo recitãda poetis
Exhibitura iocos populo plausumq; theatro.
Iupiter ⁊ proles ita sunt in sidera lati
Ut fera syluosę nemees: vt portitor helles
Portitor Europes. Auriga. et Iasonis Argo.
Pegasus. arctophilax. ⁊ raptis miluius extis.
Cęsareusq; thronus. coma regia. procyon. vrsę.
Coruus. olor. lep⁹. ara. canis. lyra. cancer. et vrna.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Atq; alię coeli formę: quas gręcia mendax
Finxit: et audaci vatū facūdia cantu.
Nō ita naturę speculati arcana sagaci
Ingenio sensere viri: quos attica tellus
Quos indęa tulit babylonq; antiqua magoꝝ
Clara rudimētis: bragmanarūq; reposto
Ora iacēs mūdo nudis vicina sophistis.
Primꝰ Anaxagoras quadā coelestia dixit
Mente regi. nō ille iouem nō ille mineruam
Nō Maia Semele ue fatū pręfecit olympo:
Non hoīm quenq;: breuibus qui tāta lacertis
Corpa ꝑpetuo nequeat cōuoluere gyro.
Aethica cęcropias docuit qui primꝰ athenas
Insignis ꝟtute senex simulachra deosq;
Sophię Risit: et hic sophię princeps ab Apolline vestro
Dictus. ⁊ idcirco iussus potare cicutam.
Matre Perictonia veniēs a stirpe Solonis
Clarus Aristocles humeris plato dictus ab amplis
Cū comite Eudoxo nostram ꝓuenit ad vrbē.
Quicq̄d ab habramo nostri didicere parētes
Trāstulit ad graios: et ab his Academia terris
Orta deos plures aufert. vnūq; fatetur
Artificem mūdi dominatorēq; deumq;.
…istoteles Magnꝰ Aristoteles hoīm figmēta perosus
Lyncea in ęthereos attollēs lumina tractus
Vidit in hac vnum mūdi testudine numen
Et coluit patrios ideo fugisse penates
Euboicosq; lares fertur petijsse: diemq;
Calcide supremū longa clausisse senecta.
Hic deus errātes miserās in imagine nostra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Venit: et istorum fraudem detexit et artes
Spirituum: sacros quibus indulgetis honores.
Hic deus. hunc unum colimus. vobisque colendum
Dicimus. At plures luci praeferre tenebras
Et coelo phlegethonta volunt: et funera vitae:
Huius in adventu vester trepidavit Apollo
Squallidus: et vultu radios contraxit opaco.
Tum cecidere deum statuae: simulachraque miris
Sunt contrita modis. vestri meminere parentes.
Hunc solymi vates perhibent vestraeque sibyllae
Secula factorum lustratis aurea seclis.
Huius ob imperium eternum promissaque genti
Regna suae nec forma meos nec sceptra nec etas
Sollicitant animos. bona nec mortalia tanti
Ducimus. hoc etiam vestri docuere poetae.
Nam quid Lyriopes et grai filius amnis
Vos aliud docuit. fragilis quam noxia formae
Blandimenta malis praebere incendia curis
Et sibimet nec solum aliis inferre venenum?
Et quid opes aurumque Midae monuere: quid ausus
Quid phoethontis equi: nisi quod vota improba regum
Divitiaeque abeunt pessum. secumque ruinis
Involvunt gravibus reges regumque ministros:
Dicite Plutoni veterum prudentia vatum
Cur subiecit opes: forsan quia viderat aurum
Ex ima tellure trahi. sub montibus altis
Aes latet. argenti decor est in viscere terrae:
Betica testatur regio Pactolus et hermus
Astipulantur. agunt etenim flaventis harenae
Divitias. fulvumque trahunt cum piscibus aurum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Et quia sub terris ditem regnare volebant
Que tellure latent diti attribuere profundo.
Forsitan hec fuerit ratio que mouerit illos.
Altera se nobis longe prestantior offert
Ad mores inuicta bonos, studiosa salutis
Cõsona dogmatib⁹ nostris. Cõcedim⁹ ergo
Diuitias orcho: quia sunt fomẽta maloꝝ.
Et scelerꝫ instrumẽta: quib⁹ subuertitur omne
Iusticie robur. coccos quib⁹ itur ad amnes
Sulfureosqꝫ lacus regnũ implacabile ditis.
Nõ aliam ob causam mũdi saluator iniquas
Appellauit opes: et lucra ferẽtia mortem
Distribuẽda pios hoĩm mandauit in vsus.
Discite vestroꝝ monitis cõtemnere quicqd
Est mortale: oẽm regna in coelestia curam
Ferte. nec etati: fluxe neu fidite vite.
Mobile temp⁹ abit: mora nulla fugacib⁹ annis.
Nũc quoqꝫ dum loquimur Cesar tua pterit etas
Anxia: nec gelidam tardat tua purpura mortem.
Finis erat vbis: vno cum rhetores ore
Nil veriti regem (res admirãda) superbum
Sacrilegũ quiddã simulachra deosqꝫ fatentur.
Incestũqꝫ Iouem. subitoqꝫ afflata repente
Numine tota cohors victorem extollere christũ
Coepit: et in summã fidei prorũpere laudem.
Torua supercilio Maxẽtius ora minaci
Tollit. ⁊ accensus flagrãti corda furore
Elata vocat arma manu. citus arma satelles
Admouet. accursu pceres tenuere citato
Talibus ardẽtem furijs. Subuersa tumultu

Omnia præcipiti. Postq̄ꝫ sedata parumper
Ira. leues aīos dixit quę mouit herinnis:
Quis malus inuasit nutātia pectora dęmon:
Ergo ne foemineę potuerūt vertere nugę
Uos quoqꝫ: vos inq̄ꝫ quos defendēda deoꝝ
Causa peregrinis ad nos cōtraxit ab oris.
Hoc honor exhibitus vobis hoc dona merētur
Hoc suspēsa tolo: sic nos sic oīa Romę
Numina negligitis: quę tanta ignauia: multos
Una puella viros superat. proh dedecus: inter
Millia tot prestātum hoīm certamīs huius
Præmia fert mulier. sic rex. cōcorditer omnes
Respōdere viri. quid nos terrere minādo
Miteris: illabi manifestū in pectora numen
Sensim⁹: et rutilare sacro caput illius igne
Uidimus: et labi flāmas ex ore loquētis.
Uincimur a superis. et victi ponim⁹ arma.
Da veniam Cęsar. Christi trāsim⁹ ad aras.
Jupiter ⁊ proles et numina falsa valete:
Cęsaris extēplo facies excāduit: ardent
Lumina: labra tremūt. rauco clamore ministros
Cōuocat infandū facinus iubet: ore tragoedo
Atqꝫ sophocleo scelus enarrabile cantu.
Tollite sacrilegos clamat: iugulate deoꝝ
Sacra ꝓfanātes. auibusqꝫ epulāda ꝑ agros
Exta date. hęc illis sint premia: vadat ad vrbes
Fama peregrinas: tātę victoria pugnę
Has habeāt lauros. hęc gloria segnibus esto.
Jte rogū ingētem struite: et date corpa flāmis:
Et cinis ęquoreas vento rapiatur in vndas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Talia fulmineo iaculās late intonat ore.
Attoniti tremuere oēs: feralibus armis
Circumfusa cohors vinctos prętoria ducit
Rhetoras: et magno circūstrepit agmine miles.
Voce recedētes tali Catharina monebat
Ite triūphales aīę: superate tyrānum.
Ite alacres. hodie vobis reserātur olympi
Limina. momētum mors est. vbi trāsijt ęther
Panditur: et liber petit ignea spiritus astra.
Ite domos coeli sanctosq; intrate penates.
Ite. sequar. nec vos sacri iactura lauacri
Terreat: abradet scelus omne salutifer ignis.
Nec mora. cōportant alij sarmēta trabesq;
Materiā arentem: et syluę virgulta salignę:
Et piceas alij pinos & odora cypressi
Robora iuniperi ramos. campoq; patenti
Construxere pyras. adipem fomētaq; flāmis
Plurima subijciūt: oleęq; liquoribus addunt
Sulfura certatim: coit oīs turba: viçq;
Eructāt hoīm turbas. velut aggere fracto
Cum Padus in virides spumāti vortice cāpos
Insilit euertēs segetes: spemq; obruit anni.
Subiecere faces salit ardua flāma comāq;
Spargit: et in nubem fumi glomerantur opacam:
Corripiūt vinctos bini. stringūtq; retorto
Fune manus & fune pedes: iaciūtq; per altos
Ingēti clamore rogos. furit ignis: et ardor
In mentū salit atq; comas stridore corusco.
Tanta sacerdotes alacri spectacula vultu
Conspiciūt: tabulisq; iuuāt incendia iactis:

Cęsaris extollūt aīos: vrgentq; ministros.
Et rediisse deum libamen ꝛ orgia gaudēt
Extinctis mox busta viris cecidere: nec artus
In cineres abiere: togas ꝛ corpa lambēs
Leniter abstinuit viresq; coercuit ignis
Ipse suas sanctos veritus tractare: sepulchro
Christigenę intrepidi sublata cadauera ponūt
Suppliciter flētes: et tristia funera ducūt.
Cędis adhuc auidus Cęsar: nec crimine tāto
Territus at multo madidus post prādia baccho
Mandat ab obscuris forib⁹ coecoq; reuulsam
Carcere victricē mensis astare puellam.
Illa catenaꝝ strepitu plata sonante
Atria nil pauitās duri subit ora tyranni.
Cōposito vultu ꝛ frontis feritate parūper
Vix tandē posita: ficto rex pectore fatur.
Regia ꝓgenies ꝟgo tua maxima ꝟtus
Insigni nobis hodie certamine nota
Conciliare potest tibi me: nisi nostra vereri
Sacra negas. versis igitur palinodia ꝟbis
Est dicēda palam. ne te male numina perdāt
Est placāda deum dictis meliorib⁹ ira.
Illa quid his iteꝝ nugis me vertere tentas?
Cęsar ait. Tu saxa colas: sine numina nobis.
Forsan honoratis lapides: quia creditis olim
Deucalioneis hoīes de cotibus ortos.
Talibus accensus dictis Maxētius altum
Ferrea clamabat date verbera. verbera lictor
Expedit: et nudos humeros ac pectus apertum
Virginis inuadēs crebro ferit impius ictu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Innocuū corpus: miti gemit ore: deumqȝ
Alloquitur virgo. nostri cape sancte cruoris
Primitias. animū serua. sit victima fluxū
Corp⁹: vt Habraam⁹ seruato pignore sacrū
Fecit ⁊ illustrem pecudis cruor imbuit aram
Sic mea seruata caro concidat hostia mente.
Sic ait. ex oculis lachrymę fluxere tepētes
Ora genasqȝ rigāt. largus de vulnere sanguis
Labitur: et terram cędes effusa cruentat.
Supplicio affectam tali iubet ire sub vmbras:
Nullaqȝ bissenis pleri alimēta diebus.
Uertitur abstergens oculis gemebūdaqȝ pectus
Uelat: et in noctem lachrymās descēdit opacam.
Est locus ęoos phoebi nascētis ad ortus
Arduus attollēs vicina cacumina coelo.
Thraicia maior rhodope sublimior ossa
Pelion ęmoniū superās ⁊ culmen olympi
Caucaseasqȝ niues vbi sunt iuga maxima Tauro.
Illic ppetuo vernātia gramine rura
Perpetui fructus ęternaqȝ gratia flor.
Uernaqȝ temperies semp: sine nubibus aer
Lympidus. Auster abest. boreas nō sibilat. Eurus
Exulat. occidua Zephyrus nō murmurat aura.
Hic primęua quies homini ieiuna priusquā
Infęlix vetita viciasset guttura fruge:
In medio fons est lato pulcherrimus orbe
Quattuor vnde fluūt occulto flumina cursu.
Nam tria secretis delapsa meatib⁹ arcton
Uersus eunt: at mox verso reuocātur in austrū
Tramite. ad ęthiopes combustaqȝ solib⁹ arua

Defluit assiduis quartū. Meroemq; refuso
Gurgite cōplectens menphitica regna peragrat:
Ad vitrei fontis ripas in margine lęto
Sunt olee pingues. sunt medica mala. Cypressi
Et semp̄ virides lauri. palmetaq; longis
Frondib⁹: et pini pingues: et myrtea sylua.
Sunt ⁊ odoratę Cedri foecūdaq; semper
Ficus: et vua graui pendēs in palmite. pruna
Cęrea iuglandes. et amygdala. purpureūq;
Quod tulit arctois pomū Lucullus ab aruis.
Prata sub arborib⁹ raris florentia semper.
Lilia. serpillum. Narcissus. amaracus. omne
Gramen odorifer. violę. rosa. balsamus: arbor
Thurea. myrrha. thymū. buxus. terebinthus. amomū
Nardus. et Aiacis frondes rorisq; marini.
Irriguos circū riuos sua brachia tendūt.
Innocui vitreo ludūt in gurgite pisces.
Vbera distendūt pecudes. hic nulla leonū
Semina. nō serpēs. nec cauda scorpius vnca.
Omnia tuta. cubāt lepores: nec bella nec vllas
Insidias metuūt: cantu nemus omne volucr
Personat: et flor per summa cacumina nectar
Libat apis. lectūq; cauis opus aggerat antris.
Nuncius ante pater summa quē miserat arce
Virgineo occurrēs morbo casusq; futuri
Pręscius inde fauos illis ⁊ mella diebus
Pomaq; decerpēs dapis inconsueta ferebat
Xenia desertę trans ęquora lata puellę.
Hęc sunt illa quib⁹ fęlicem pabula vitam
Helias ⁊ socij longęua in sęcula ducunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Omniaq; infuso curauit vulnera moly:
Moly quod omnigenis fecit de⁹ vtile morbis.
Nigra subest radix. viridis coma. floribꝰ albet
Jam bissena dies ierat reuocatur ab vmbris
Ambrosiũ vultu referẽs Catharina decorem.
Nec tenuata fame nec tristi squallida nocte.
Cęsar vt aspexit solitũ decus oris honesti
Fraude ministroꝝ pastam putat. ęstuat. ardet
Vociferãs. trepidat mugitu regia tanto.
Non sec⁹ ac nautę pelago cũ turbid⁹ imber
Ingruit: et rauco volitat cũ murmure nubes
Pulsa noto. tumet vnda. micat pice nigrior aer
Ignib⁹. ⁊ tonitru ingẽti tonat altus olympus.
Perdite custodes clamat vel mergite ponto
Tergore cõsutos. siculis vel adurite tauris.
Jussa citi Garamas Nasamon maurusq; facessunt
Marmaridę. Psilli. Numidę. quib⁹ vna libido
Sanguis. accẽsos miseri raptãtur ad ignes.
Vinculaq; iniiciũt pedibus. terraq; volutos
Versatosq; luto ⁊ foedatos puluere terga
Ad tormẽta trahũt. nihil illis mollia prosunt
Verba precũ. lachrymę nihil inter v̾ba cadẽtes.
Nil longi labor obsequij: votisq; vocata
Numina nil prosunt. manet implacabile pectus
Regis ⁊ indomitũ virus medicamine nullo
Frangitur. o infęlix quę te inclemẽtia Cęsar
Virgo ait innocuos hoĩes torquere coegit?
Nõ ego terrenis epulis sed ab ęthere missa
Sum: dape pasta dies bissex. qui pabula genti
Per deserta dedit solymę: cũ vecta per vndas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Aequore suspēso panchęos venit in agros
Me quoq; certātem ꝓ relligiōe fidemq;
Asserere audētem pavit sanavit: et ipsa
Parta salus opꝰ esse docet coeleste. cicatrix
Nulla ꝑ offensos ferro dephēnditur artus.
Incipe sedata fieri clemētior ira:
Et neq; sanguineo similem te finge Neroni.
Sȝ qualis Traianus erat: vel iulia proles
Augustus: qualesq; tulit gens flavia reges
Et patrem & natū. quoꝝ vestigia debes
Sancta sequi si vis tāto succedere regno.
Dignus eris si iustus eris. clemētia reges
Efficit imperio dignos. ꝓ imanibꝰ actis
Crudeli mercede deꝰ tibi digna rependet
Proemia. crudeles superi crudeliter vrgēt.
Vicit foemineo facūdia iuncta decori.
Sedatusq; paꝝ Cęsar qua ꝑdita Virgo
Vsq; Ioui differs inquit parere: iuuētę
Nec miserere tuę: Nō te servilibꝰ vtar
Obsequijs: nec eñ id patitur tua forma nec ętas:
Assentire meis aliqñ & sub de rebelles
Imperijs aīos. Quid me rñdit iniquis
Sollicitas ṽbis: turpi si pectora voto
Foeda geris cur sanctū audes violare pudorem:
More suū coeno assuetꝰ sordescere nunq;
Desinis: et mūdę nescis assuescere vitę
Sic tua te instituit venus: hęc documenta tuoꝝ
Casta deū. Sunt hęc quibꝰ assentire iubemur
Imperia: hi monitus: Vtrū tua provida ṽtus
Consulit vtilius nobis humana ne iussa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

An diuina sequi? Quod amas de⁹ odit. et audes
Impugnare deum cū sis mortalis? ab vrbe
Ciuib⁹ hęc tam vana meis documēta tulisti?
Erubuit Cęsar sceleris mens conscia nō fert
Iurgia. nō audet vultus attollere: seq;
Vertit ad Ichthybolū: et reuehi p̄cepit ad vmbram
Carceris: atq; nouis tradi custodib⁹ antrum
Ichtstybolus vero cui mens crudelis ⁊ atrox
Ingeniū: regi quidnā vulgarib⁹ inquit
Hanc poenis terrere paras? sub sidere natam
Credim⁹ belligero. nam frons marpesia cautę
Taurominitana asperior: rigidoq; adamante
Durior ausonios fasces nostrasq; secures
Ridet: et imperio diuū parere recusat.
Cędimus? an iustis dementem vrgere flagellis
Pręstat? et imperij causam diuūq; tueri?
Mollia nō obstant duris: nec fortia possunt
Debilib⁹ vinci. nec ligno saxa cauātur
Nec manib⁹ muri. sȝ duro marmora ferro
Moenia contortis magno molimine saxis
Eruimus. si auferre paras a v̄gine Christū
Finge rotas. magnęq; aliquot vertiginis orbes.
Et crebris armetur opus mucronib⁹ omne.
Et radij cultros ⁊ curuatura rotarum
Ancipites habeāt. Orbis cōtrarius orbi
Currat: et affixos verso secet impetus axe.
Persephone imanes poenas et sęua docebat
Supplicia occultis voluēs corda impia formis.
Aspera inhumanū flexit sentētia regem.
Quęritur in tota si quis foret vrbe Perillus

Atq; Phereclea quisquā prestātior arte
Dedalus. aut auctor troianę cladis Epęus.
Nox erat. ⁊ mediū coeli stellata p axem
Cum Ioue ducebāt nitidi vestigia pisces:
Maxim⁹ ętherei Christ⁹ regnator olympi
Agmine coelicolū magno stipatus ab astris
Labitur: et niuei trāsit p cornua tauri.
Intrat ad humētes vmbras ⁊ triste baratrū.
Fit son⁹. et nigram subito lux aurea noctem
Dissipat. apparēt pulchra sub imagine diui.
Prim⁹ Ioānes: humeros cui lucida vestit
Pellis. et aurati pendēt in tergore villi:
Alter erat senior Petrus cui candida mento
Cęsaries geminęq; micāt in pectore claues.
Tercius ardēti Paul⁹ mucrone coruscās
Igneus ore. ligant intextę guttu ra gēmę.
Quartus Ioānes aquila signatus: amictu
Lucet in albēti: mentoq; ⁊ vertice canus.
Hi primi: sua quęq; ducem stant agmina circū.
Squallor abit: fulget paries. circūfluus aer
Fragrat: et armenio carcer lustratur amomo.
Tum vultu diuū dn̄s sic fatur amico.
Hactenus ex alto pugnam spectauim⁹ orbe
Occulteq; tuis pcul aspirauim⁹ orsis
Fortibus. hęc clarę fuerint prędudia pugnę:
Nūc acie tota pugnatur ⁊ oībus armis:
Macte ⁊ in extremo palmam ne desere cursu:
Pars superest tibi parua vię. iam proxima palmę
Curris. et apparet grauium supręma laborꝝ
Meta. dies feret optatum tibi crastina finem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Dixit:et ambrosia frontem ꝑfudit ⁊ armos.
Et sic fatus abit:dulciq; adit ęthera cantu.
Altera lux aderat.feralis machina coelo
Erigitur:populiq; foro cōcursus aperto
Cogitur.horrescūt visu:et crudele fatetur
Id genꝰ insolitum poene.de robore querno
Texitur:et bisex cubitis ascēdit in auras
Pons:vbi voluēdos lictor se attollat ad axes.
Impulsi magnis stridēt conatibꝰ orbes.
Rostratiq; micāt gladij:curuisq; minātur
Dentibꝰ.et paruo inter se discrimine distāt:
Corpꝰ vt affixum lateri e regione locatū
Discerpat latꝰ:atq; vno secet oīa cursu
Membra leues subito ꝓcul eiaculāda ꝑ auras.
Terrificū incutiēs animis structura pauorē
Aspectuq; nocens solo.suꝑ aurea sedit
Stragula:et a tecto spectat Maxētius alto
Cōiugis extendēs bacchatā ad colla sinistrā.
Protrahitur ꝟgo:quę postq̄ immania vidit
Currere protēsis armata volumina rostris
Substitit:et presso suspexit sidera gressu
Sic memorās.Obsiste pater crudelibꝰ ausis:
Percute dentatos orbes.ostēde tyrāno
Te ioue cōtempto coeli terręq; potētem:
Infęlix videat cōtabescatq; videndo
Quāta tuę ꝟtus ⁊ quāta potētia dextrę.
Vix ea finierat gelida cum erupit ab arcto
Ventus:et ardēti resonās cū fulgure fulmen
Grandineq; īmixta nimbus caliginis atrę.
Disrūpitq; rotas.trabibusq; per aera pulsis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Maxima cõsequitur strages: quo territa vertat
Turba pedẽ noctis tenebris inclusa ꝓfundę
Nescit: et attonitos frustratim machina lates
Opprimit: auditur clamor: sonitusq; ruentũ
Impete cũ magno trabiũ. periere ministri:
Quattuor vt fama est rapuit furibũda viroꝝ
Millia tempestas ⁊ lapsus ab aere turbo.
Vtq; dies claro detersit nubila coelo
Detegitur clades hoĩm. laniata ꝑ omne
Membra foꝝ. facies vstę: cõuulsaq; labra
Dentib⁹ extertis: lacerę q; ꝑ ardua vestes
Culmina tectoꝝ. mixto fluit vnda cruore
Quę superãt cladi lugẽt cõmunia matres
Funera pellę. lamẽta ꝑ oĩa surgũt
Compita: in ingẽti tota vrbs ploratur aceruo.
Plebis in occasu tãtę gauisa ꝑ auras
Persephone volat. ac socios ac demonas omnis
Ad prędã ciet ex aris adytisq; deoꝝ:
Illi precipites altis e turribus adsunt:
Corripiũtq; vagas aĩas. stygijsq; coercẽt
Funibus in fasces: et in intima tartara volũt.
Persimiles aquilis quotiẽs videre volucres
Dulcib⁹ e stagnis tolli: tenuẽq; ꝑ auram
Nare cateruatim: campisq; inferre volatum
Qua rigat effusis Mantoam gressib⁹ vrbem
Mintius intexens iuncis ⁊ harundine ripas.
Saucia iamdudũ cocco regina dolore
Dissimulare nequit flagrãtem pectore flãmam
Sicq; vix alloquitur. quę te ĩmanissime quę te
Pestis agit: manifesta vides miracula; necdum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Irritare deum cessas. tibi me quoq; Christus
Abstulit: ec viuo crines in flumine laui.
Nec tua sum posthac. nec me reuerētia martis
Nec Jouis vlla tenet: tua sint hęc numina. vincet
Christus: et occūbes cum relligiōe deoꝝ.
Cęsar ad hęc frendēs contorquet lumina denso
Torua supercilio: et clamās noua funera lictor
Poscim⁹: accipe ⁊ hāc: et amaro vulnere truncis
Vberibus cęsa caput a ceruice reuulsum
Aequoreę volucres habeāt. piscabitur illud
Petrus: et inuētum Christi suspēdet ad aram.
Nec mora: dum totā magnis vlulatib⁹ vrbem
Dira lues agitat. dum cędib⁹ omnia cōplet
Persephone exultās ⁊ tanta strage supbit
Vincta man⁹ sparsis trahitur regina capillis.
Res indigna nimis: missoq; ad colla capistro
Ducitur ad littus lachrymās: et crine ligatam
Arboris ad ramos patulis quę vmbrosa lacertis
Stabat harenosę frondēs in margine ripę.
Afficiūt probris ⁊ multo verbere. tandem
Pectore cōuulso pharias trūcatur ad arces.
Exanimes artus nudāt: rapiūtur in aures.
Implicitūq; comis auꝝ: gēmisq; monile
Diues: et amisso sęuit fera turba pudore.
Ceu plures cū nocte lupi inuenere relictam
Desidia pastoris ouem simul agmine facto
Cōmunem inuadūt prędā: atq; in vulnera certāt.
Dilaniāt: caput hic. iecur ille: in clunib⁹ alter
Pascitur: et fauces implēt: rictumq; cruentāt.
Audijt horrēdum facinus. veniēsq; repente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Porphirius multo raptū cum milite corpus
Texit humo lachrymās: meritosq̃ʒ exsoluit honores.
Infelix quātum sors ⁊ breuis hora sinebat
Iāq̃ʒ nouas afferte dapes: discūbere tempus
Cęsar ait: sat mane Ioui superisq̃ʒ litatum
Omnib⁹: et fuso placati sanguine manes.
Soluite tristiciā: curasq̃ʒ īmergite baccho
Delctur noua nupta mihi. nāq̃ʒ impia cōiunx
Per noua iudęo nupsit diuortia Christo.
Ferte cados: date creteo de palmite vina.
Ponite amynços latices: chiūq̃ʒ liquorem
Et si quid campana sui vindemia misit
Nectaris: omnigeno spumēt crateres biaccho:
Discumbūt. celeres volitāt agilesq̃ʒ ministri:
Et mensas epulis onerāt: Maxētius ira
Iamdudū exustus largo se ingurgitat haustu
Sępius: et pergit venas inflare calētes.
Callida persephone grauibus cōuiuia rixis
Immiscere valēs sumptis p̃teruolat alis
Aequoreā simulās volucrem: petit ardua nubes
Itq̃ʒ reditq̃ʒ frequēs: ducitq̃ʒ p aera gyr:
Garritucq̃ʒ sonat pluuio. denūciat inquit
Ichthybolus ventos tempestatēq̃ʒ futuram
Iam pelago furor et nautis grauis ingruit imber
Cęsar vt audiuit pelagus: succurrit imago
Cōiugis ad littus cęsę. iubet ire ministros
Necropolimq̃ʒ trahi: et condi tellure cadauer.
Respōdere ducem iamdudū funere ducto
Porphiriū veteri regū imposuisse sepulchro.
Ecce iterū lachrymas iterū ciet ira furorem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Letaq; subuertit preceps conuiuia luctus.
Porphiriũ Cesar tũc e regione sedentem
Pallidus ꝛ stomachũ vultu cõfessus opaco
Alloquitur. Quid me inuito violẽter ademptũ
Corpus humas? Que relligio? que cura meoꝝ?
Prouidus: ardorem mẽtis ratione gubernat
Et placidis mulcet bacchãtem vocib⁹ iram
Porphirius. Nobis Cesar fore dedecus inquit
Immortale ratus si puenisset ad aures
Urbis id infandũ facinus quod percitus ira
Incompositq; tui mandas: celandaq; putaui
Corpora defuncte: ꝛ sceleris monumẽta nefandi.
Sz furor impatiẽs freni: mitescere nulla
Uoce potest. similisq; Padi torrẽtibus vndis
Aestiuo cũ sole niues saxosa gehenne
Precipitãt iuga: si cursus occludere tentas
Obiice contortis crescũt spumãtia terga
Uorticibus: semperq; magis violẽta superbit
Congeries: tumidaq; premit retinacula mole.
Donec iter gurges agat indignatus apertũ.
Quid scelus excusas hoĩm turpissime Cesar
Inquit ꝛ ignaua regem grauitate lacessis?
Omnia Thersite similis quid gutture latras
Sardana paliaco pallẽti excãduit ore
Dux aĩo dextraq; potẽs clareq; superbus
Militie titulis: voluitq; inuadere pectus
Cesaris: et capulum dextra cõplexus eburnum
Destitit. ardẽtem ṽtus cõpescuit iram.
Atq; ita suspirãs fatur Quid fida tuoꝝ
Pectora Maxenti ṽbis premis acrib⁹? Et quid

Leta procelloso turbas cōuiuia vultu?
Si tibi causa min⁹ placuit recitata: fatebor
Altera causa subest potior: Sepelire iacētem
Relligio Christi dominā me iussit: et ipsos
Rhetoras ante dedi tumulo: Nā flumine viuo
Me quoq; si nescis lauit regnator olympi
Christus: et abiecto ver Ioue numē adoro:
Saucius incōposq; animi Maxētius ergo
Tu quoq; carminib⁹ magicis subuerteris: inquit.
Tu magicas artes tu cędem incēdiaq; audes
Dux ait. infęlix sequere: et scelus omne reuolue.
Ingluuiem nutri. duro rape viscera ferro.
Sanguine tinge man⁹: innoxia membra trucida.
Numina Maxēti iustissima. numina tantū
Sunt visura nefas. meritas dabis impie poenas.
Expectāt te Thybris aquę. calor iste sub vndis
Occidet: et tanq; Phęton temerarius axe
Pulsus ab excelso vastum rapieris in ęquor:
Forsan et inuenies extinctę cōiugis ora.
Interea pinguem nutri delphinib⁹ escam.
Ira (scio) tua me morti iam destinat. vltro
Ibimus: et strictus caput extēdemus ad enses
Intrepidi. nobis nihil est in morte timēdum
Christigenis: quib⁹ est aliud post funera lōge
Nobilius vitę gen⁹ immortalis olympo.
Oppetere est iterū nasci. tormēta subire
Pro ṽtute pium. triplex cōtingit origo
Christigenis. vulgata prior: qua nascimur omnes
Semine cōcepti patrio: cum septima foetū
Luna peragrato vel nona peregerit orbe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Altera sic natos terris per mystica trāsfert
Flumina: et ablutos genitrix ecclesia lacte
Nutrit ad ambrosię semꝑ viuētis odorem.
Tercia cum suprema dies mortale resoluit
Corp⁹ 7 in cineres op⁹ hoc natura caducum
Traxit ad ętheréos orbes empyrea regna
Mittit vbi et reduces aīos cōplectitur vlnis
Dulcib⁹ 7 nitida coeli pater accipit aula.
Ista fides lorica mihi est adamātina nullis
Peruia fortunę iaculis. dum talib⁹ orat
Porphirius tumido bilem sub pectore Cęsar
Rodit: et impatiēs vultus obscurat herinnijs
Et circūpositis stimulat precordia flāmis.
Dux animū firmāte deo nil territus atra
Fronte quid atroci dudum cōcepta venena
Corde premis? dixit. nec pars innoxia vitę
Ulla tuę dignū venia te reddere possit
Incipe rumpe moras. aperi crudelia tādem
Ora. satellitib⁹ diris mea funera manda.
Membra iube laniāda feris in littore spargi.
Defuncti caream⁹ humo: caream⁹ harena.
Corpora iactētur monstris lacerāda marinis.
Discite crudeli ꝓceres seruire tyranno
Rege sub ingrato sub iniqui principis vmbra
Seruitijs emitur mors obscurissima longis.
Rumpitur inflatū pectus: mentisq; superbę
Nec frenare potest nec dissimulare furorem
Cęsar: in extremis ardet iam faucib⁹ ira.
Non aliter q̄ cum sicco sub fomite dormit
Ignis et afflatu crebro excandescit et aura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Exilit: et tremule rutilāt ꝑ nubila flāmę.
Ferte citi procul hinc hoīem: date vincula clamat
Cūq3 suo totā dn̄o iugulate cohortem
Quę ducis infecti traxit cōtagia: finem
Sacrilegis dabit ista dies. Per numina iuro
Per Jouis ęternū imperiū fulmenq3 trisulcū
Ibitis ad lethen: stygiasq3 videbitis vndas
Dux ⁊ tota cohors missis ad colla catenis.
O funesta dies o lamētabile tempus
O furor o rabies o detestabile virus
O dolor o regū impietas o mortua ꝟtus:
Ducitur: et lōga ꝓperāt ad funera pompa.
Ventū erat ad littus: cū dux fortissim⁹ ęgros
Alloquitur comites turbataq3 pectora firmat.
O socij mecū terrę pelagiq3 labores
Experti totiēs: lōgęq3 pericula passi
Militię. q̄d vos terret pn̄tia mortis?
Quę celerem cursu Zephyꝛ volucrēq3 sagittā
Vincit: vbi fortes animi generosaq3 ꝟtus
Cordaq3 ad horrēdos nunq̄ ꝑterrita casus?
Ponite tristiciā: rectos attollite vultus:
Cernite ꝑpetuo fulgentē lumine mundū.
Aethereasq3 domos. animis ea patria nostris.
Et q̄d foeminea pauidę formidie frontes
Despiciūt terras: hodie veniem⁹ in astra.
Sic ait. et Christo sacrū pęana canentes
Accipiūt altos pronis ceruicib⁹ enses.
O mors clara virū vita pręstātior. olim
Moxia cū rapidę purgarint secula flāmę
Membra memor vestri deus īmortalia reddet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Interea gaudete bonis coelestibus inter
Spirituũ coetus alacres: et sancta precati
Numina terrigenis Christi implorate fauorẽ.
Pectora trunca iacẽt: fusoq́ʒ rubescit harena
Sanguine. mactata est duplex hecatomba tonãti.
Cum duce bis centũ comites in littore cęsos
Christigene effossis moesti imposuere sepulchris.
Et iam prona dies nocti cędebat: et vmbris
Occiduo radiãs excelsam lumine Calpem.
Cum furijs Cęsar longis iam fessus ꝛ ira
Sic secũ. Quę tãta istis cõstantia: quodnam
Robur inest animis tantũ: quę pectora ɣtus
Inconcussa regit: quę spes: quę pręmia tanti:
Morte quid expectãt obita: Neq́ʒ credere dignũ est
Sanctius his numen: quoꝝ res publica pauper
Quam nostris qui regna tenẽt telluris ꝛ vndę
Illam ego numinibꝰ gentem melioribꝰ vti
Crediderim cuiꝰ terrena potẽtia maior.
Nam si regna dei arbitrio terrena gubernant
Distribuũtq́ʒ suo. qui dãt maiora putandi
Maiores. libyam Iuno regna attica Pallas
Iliacam Phoebus Tarpeiam Iupiter arcem
Constituit. regnũ regno ceu numine numen
Maius erat. sed christigenis nec regna nec vrbes.
At fuerit satius tantos sedare tumultus
Vnius interitu. vel si mutabitur eius
Cõnubio. tantũq́ʒ decus seruare iugali
Foedere: et has tãdem curas extinguere tędis.
Saturni iam bruma dies ꝛ lęta reducit
Tempora: quę nobis patrio celeberrima ritu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Iucūdos hyberna sales ⁊ xenia poscunt
Ocia nocturnę poscūt cōuiuia mensę:
Expediam: tristis ne se inter gaudia luctus
Ingerat. interea placidas mihi iupiter vndas
Aequoris: et cursus dabit ad mea regna secūdos.
His dictis placet accito lictore puellam
Duci iterum e tenebris: iterum tentare loquēdo
Virgineūq; nouis pedicis captare pudorem:
Quam simul ac vidit sic est aggressus. Amiclas
Troius assultu subito expugnauit adulter.
At tua terdenis nondū est mollita diebus
Duricies. Ponti glacies hyrcanaq; tandem
Frigora ⁊ arctoę vincūtur sole pruinę.
Tu Getico sopita gelu vel gorgone visa
In silicem durata nequis mā suescere. Quercus
Orpheus. Amphion lapides. delphines Arion
Mouit: et orphęos senserunt tartara cantus.
Tu niue frigidior. tibi ferrea corda: sepulti
Vsq; adeo tibi sunt sensus hebetataq; mentis
Lumina vt albenti videare simillima saxo
Cōiugis assyrię verso quę in marmora vultu
Fluxit et ardētem spectat fugitiua Gomoram.
Heu quidnam cōtra geniū moremq; iuuētę
Molliciemq; tui sexus generisq; superbi
Stēma supercilio spernis regalia toruo
Imperia? ah demens: tu blandimēta minasq;
Despicis. et surda perstas imobilis aure.
Tu populo spolias vrbem: tu cōiuge regem.
Militibusq; ducem: duce Cyrenensia regna.
Et miseremur adhuc: et te seruare parati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Mitib⁹ alloq̄mur v̄bis. Gen⁹ aspice quātum
Romanū pietate valet. Mitesce parū per.
Si seruire pudet: mecū regnabis. habeto
Cōiugis extinctę thalamos. Romana videbis
Moenia ⁊ incędes latiam regina p̱ vrbem
Quod tua gētilis quondā Cleopatra tumultu
Ambijt Actiaco tu Cęsare digna marito
Accipe largimur sine bello ⁊ sanguine regnū.
Sic ait ⁊ cęco languet Maxētius igne.
Illa velut dorsum medijs in fluctib⁹ ingens
Vapulat assiduis ⁊ nunq̄ vincitur vndis:
Desine plura: nefas iterū me nubere dixit
Nupsim⁹: inserto nuptā man⁹ indicat auro.
Et mihi nūc alacres nitidis cōuiuia mensis
Virq; socerq; parāt. hodie subitura mariti
Limen. et e tenebris claros aditura penates:
Nec sum dura. fidē seruo. Tu sanguine gaudes
Non ego. tu tāti sceleris durissim⁹ auctor.
Hęc vbi dicta: vidēs atrox imota tyrānus
Pectora nec precib⁹ flecti nec v̄bere frāgi
Spe veneris posita: iubet a lictore necādam
Necropolim duci. pullo velata cucullo
Atq; capistratis manib⁹ de carceris antro
Truditur ambigua faciēte crepuscula nocte
Aemonius Chiron media iam p̱te sub vmbras
Inerat: et lędę funestā pignora noctem
Aere voluebāt piceo. niger hesperus ore
Pallidulo tristi p̱ coelū ascēdere vultu
Visus. ab aspectu sceleris noua luna nefandi
Cornua subtraxit: nubes teterrima clausit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Aethereos ignes et conscia sidera morti.
Audite halcyones grauib⁹ lamenta querelis
Spargere ꝑ littus: moestosq; ad funera cantus:
Aedere. et ęquoreas volucres dare flebile carmen.
Est locus ad boream pelagi porrectus ad vndas
Densa vbi syluestrem faciũt spineta recessum.
Areaq; in medio. crebris ibi terra sepulchris
Surgit: et in tumulos fossę cumulãtur harenę:
Sacra cadauerib⁹ tellus: polyandrion Hellas
Voce vocat patria: nudis passim ossib⁹ albet
Vrticis vmbrosus ager grauibusq; cicutis
Et nigris ebuli baccis ⁊ olente Sabuco.
Campus iners ⁊ sepiuagis dom⁹ apta colubris.
Hos ingressa locos durus dum brachia lictor
Expedit inuertẽs manicas dumq; explicat ensem
Sanguineũ. virgo coelum suspexit ⁊ ignes
Aethereos. taliq; deũ sermone precata est.
O pater exiguas tanto ꝓ munere grates
Soluim⁹: ingentes autẽ debere fatemur.
Tu grauib⁹ pręssam tenebris in clara vocasti
Lumina: tu manes tu das superare tyrãnum:
Et modo tam vario finctã discrimine tãdem
Ad palmã regnũq; vocas. Da numine dextro
Egressus aĩo faciles: reditusq; secũdos
In patriã coeliq; domos: hãc accipe mentem:
Et prolem ne sperne tuã de fauce reuulsam
Ditis: et oranti famulę tua limina pande:
Et si quãdo memor quisquã certamis huius
Implorabit opem. Pater exorabilis esto.
Finierat subito cum vox audita per auras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Annuimus. secura veni. Tum poplite flexo
Et crucis explicita per pectus imagine lictor
Verberat orãtem gladio. Pro cęde cruenta
Lac niveũ fluxit: tellus incanduit albo
Sanguine. lingua deũ neruis delusa recisis
Personat: et moriẽs ꝟba imꝑfecta relinquit.
Cęsa solo iacet atq₃ in coelũ vita recessit.
Affuit extemplo supeꝝ de sedib⁹ agmen
Spirituũ duplex: vnũ quod corꝑe nudam
Suscipiat mentẽ. dulciq₃ ad sidera cantu
Trãsferat. exanimes aliud quod tolleret artus.
Insolita noua luce dies in nocte refulsit:
Atq₃ repentinũ subito cum lumine fulgur
Emicuit ceu cũ frangit caua nubila fulmen
Cum grauis ardẽtem succẽdit Iulius ęstum.
Euolat attonitus lictor: trepidiq₃ ministri
Corripuere fugã. Toto symphonia coelo
Spargitur. ⁊ mixta vocũ dulcedine carmen
Astra petit. sensimq₃ abiẽs discedit ab aure.
Visaq₃ ꝑ coeli tractus ascẽdere nubes
Lucida ꝑ similis soli lucẽtior astro
Luciferi: et claro rutilãtem lumine caudam
Ducere ⁊ ignifero ferri vltra sidera cursu.
Et caput insertare polo. patuere tonantis
Atria: curuat⁹ lęto pater obuia vultu
Brachia diffundẽs reduci dedit oscula natę.
Et triplici claram radiauit sidere frontem.
Altera spirituũ legio collegit ab hortis
Balsama iudęis aloes myrrhęq₃ liquorem:
Ablutosq₃ vadis artus et odorib⁹ vnctos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Aereum periter rubri trans equora ponti
In montes arabũ summeqꝫ cacumina Sine
Trãstulit. et corp⁹ pario clausere sepulchro
Quod super fecere man⁹: O pobalsama semper
Marmor odoratũ sudat: quib⁹ egra iuuantur
Corpora difficiles isto ceromate morbos
Indigene pellunt. sacros Alabastra liquores
Atqꝫ salubres lachrymas oleiqꝫ fluentis
Accipiũt guttas. membris honor iste sepultis:

¶ Finis.

¶ Frãcisci Cereti Parmensis Iuris Põtificij Sch⁰laris Studiosissimi in Inuidũ Lectorem Carmen.

Inuide quid tantum iuuat excãdescere lector:
Et Rhodijs Linguam ponere sacra focis:
Thersite similis sine sensu et mente loquẽti
Cur iacis in Vatem verba Canina pium
Et merito sceleris tanti dabis improbe poenas:
Aedere scis grauius q̃ maledicta pati.
Liuide si nescis Superum Regina Poetam
Hũc fouet: et Costo nata parẽte Dea.
In quam Laudes quãtum certauerit: arte
Pindarica fulgẽs testificatur opus.
Nulla erat (infandum facinus) reuerẽtia coelo:
Squallidus inculto numine Christus erat:
Hic pius ad sedes hoĩem reuocauit olympi
Restituẽs nostro mystica Sacra deo.
Protulit in lucem veterum monumẽta parentum:
Quicquid et a Christo lex noua nostra capit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Ergo tuos tandem mores depone ferinos:
Et memori vatis pectore nomen habe:
Detur et Euripidis versum trãsferre sepulchro
Qui fuit Aemathio conditus ante solo.
Nulla ętate tua o vates monumẽta peribũt
Fatidicę Mantus: Virgiliiq; nepos:

¶ Secundę parthenices opus diuinũ Dauentrię impressum. Anno natiuitatis dominice. M.cccc.xcvij. Secũda Decẽbris



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Baptiste Mantuani Carmelitana religiõe viri cādidissimi. epigrāmatū liber. quo vates ille diuinus Falconē Protonotariū Apostolicū infinitꝫ pene laudibus effert atqꝫ extollit.

Viti Werleri. S. Ad lectorē Endecasyllabon

Baptiste en Lacie. nitor. Camene.
Argutus. grauis. vndecunqꝫ doctus
Mantus fatidice neposqꝫ. honorqꝫ
Et cui Mnemosine. pieqꝫ ramo.
Cinxerunt viridi. comā sorores
Sed tincto. Aoniis aquis. abunde
Ita vt. Vergilius. decus Latinum
Palme. iam timeat. sue. Quia hic est
Hic est qui celebri. canit libellos.
Musa. nectareos hic entheosqꝫ
Inter quos epigrāmaton libellus
Claret tam nitidus. procacicate
Omni deposita. vt granes Catones
Nunc Lucrecia amet legatqꝫ. Quare
Si vis Cecropios sales. amice.
Lector discere. verba si rotunda
Hoc Vatis teneas opus. Valeqꝫ.
Telos.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Vitus Werlerus Sultzueltensis arciũ baccalaureꝰ. Egregie indo-
lis adolescenti Andree Woltzen Herbipolensi. in publico
Lypsensi Gymnasio iam ingenuis artibꝰ incumbenti. cõsan-
guineo suo amãtissimo Salutem plurimã dicit.

CUm multa. multorũ hominũ. instituta. memoria me-
cũ repeto. Andrea mi amicissime. nõ possum nõ maxīe
ꝓbare animi tui cõsiliũ: q̄ nuꝑ nõ modo natali solo. vbi inter
fortune bona indulgẽter es enutritꝰ. Sedetiã parẽte. amicis-
qꝫ oĩbꝰ relictis. adolescẽs immo adhuc pene puer. ad hanc
Lypsensem Academiã: ⁊ doctorũ viroꝝ copia: ⁊ l̄raꝝ p̄stan-
tia. reliquas fere oĩes p̄cellentẽ. cõstanti anĩo: me id monẽte
ꝓfectus es. Sed cur hoc: ꝓfecto. vt ingeniũ. ingenuis. liberali
busqꝫ artibꝰ (q̄bus nihil est in hac vita p̄ciosiꝰ) excoleres or-
naresqꝫ. Platonẽ: credo: illũ diuinũ. sapientieqꝫ antistitẽ imi
tatꝰ. Qui (vt diuꝰ Hieronymꝰ refert) Nõ ↄtentꝰ Socrate p̄
ceptore. sua tempestate doctissimo integerrĩoqꝫ. Nõ Athenis
loco doctrĩaꝝ fertilissimo. in q̄bꝰ. Phus ille. se natũ fuisse nõ
semel gl'iabatur Nõ his inqꝫ ↄtentꝰ. in Italiã transijt. postea
Aegyptũ ꝑagrauit totã. Iterũ in Italiã. ⁊ eã q̄dem ꝑtem q̄
magna Grecia a veteribꝰ dicta est. vt Architam Pithagore-
osqꝫ audiret. iter suũ studiosissime direxit. Hoc aũt. tantũ
virũ. alia causa fecisse q̄s dubitat: qꝫ vt oĩibus ex locis ma-
gnã l̄rarũ copiã colligeret. Ita ⁊ nũc tibi faciundũ arbitror.
Andrea mi: q a patria. q̄ cõtigit tibi nõ ignobilis. ac p̄cepto-
re erudito. ad hoc litteratoriũ Gymnasiũ te ablegaueris. Il-
lius semꝑ meĩisse oportet (Quod Arpĩas ille orator latine
lingue summꝰ. nõ minꝰ vere qꝫ eleganter ad filiũ ꝑscripsit).
Huc te tanq̄ ad bonarũ arciũ mercaturã ꝓfectũ. inanẽ tan-
dem redire turpissimũ esse. dedecorantẽ. ⁊ vrbis auctoritatẽ
et magistri. Turpe est: crede mihi Andrea: ne dicã turpissi-
mũ. mercatores. viliũ merciũ emendaꝝ vendendarũqꝫ causa
longinq̄ maria ꝑtransire ad p̄sentẽ substantiã amplificandã.
Nos vero ꝑ terrã neqꝫ labores nec sudores tolerare ad mẽ-
tem meliuscule formandã. Quamobrem Si me amas. ⁊ si a
me ꝑpetuo amari vis. da sedulo operã: ne tuos oĩis. q̄ cogi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

tatiões suas in te vnū cōijciūt: vana spe tui profect⁹ frusteris Hoc aūt tūc abunde pstiteris. cū bonarū litterarū studium. virtutisqꝫ curam. totis: vt dicitur: vlnis complectaris. Interim Andrea: vt mentem tuā politioris litterature studijs exornes. Nūc Bap. Mantuani: epigrammatum libellū tuo nomini dedicatū. tibi muneri mitto. Quē nuperrime. hisce: quos vides: typis impssori formādū tradidi Est in eo. si carminis elegantiā consideres. vtilitas. iocunditas. erudicioqꝫ nō vulgaris. hunc manu diurna nocturnaqꝫ verses: hūc ediscas: hunc imitare: in hoc te exerceas. hoc te oblectes. et vt Quintili: de Tullio memorat. te plurimū pfecisse tunc scias cū tibi Mantuan⁹ ille placuerit. Vale ꝛ totis virib⁹ enitere vt cū in patriam repedare destinaueris. longe doctior q̄ hic abieras. reuertaris. Quod vt facias. te maximope moneo ac hortor. Iterum vale ꝛ Vitum tuū dilige. Ex Lypsica academia Nonis Julijs Anno virginei partus Millesimo quingentesimoseptimo.

Eiusdem ad eundem Hexastichon

Purpura quid prodest: aurum: preciosa supellex:
Nec Fortuna suo: si regit: arbitrio.
Candida quid forma est: oris quid fluxa venustas:
Si tandem spacio: perditur illa: suo.
Quare age mi Andrea: sacris te dedito Musis:
Virtutiqꝫ simul: has fugit interitus

Telos.

Fratris Baptiste Mãtuani

Carmelite theolo. ad. O. Falconē Protonotarium cuius bñficio ex omĩb⁹ piculis est liberatus. Carmē

Theo (sed cure phibēt) tibi carmĩa Falco:
d Aegraqꝫ mens varijs sollicitudinibus.
Dignus es eterni cui decernant honores:
Sacraqꝫ solenni: conficienda: die.
Sicut eñ domitis proles Tirynthia monstris:
In superũ sanctas: fingitur isse: domos.
Sic vbi fatales Lachesis tibi voluerit annos:
In paradisiacos: ibis ab orbe: lares.
Et nisi relligio viuis ea dona negaret:
Jam tibi lucentes: poneret ara: focos.
Nec magis adiuuit fessum labor Herculis orbem:
Quam tu gentiles: prouida cura: meos.
Te duce de Scylle canibus. de fauce Charybdis
Eruimur. placido perfruimurqꝫ mari.
Te duce cum paruo nauis mea remige tutum:
Fecit harenose per vada syrtis iter.
Nostra Caphareo duce te sub vertice puppis:
Transijt. ⁊ Tyrium qua tulit vnda bouem.
Et qua septenos vomit vnda reciproca fluctus.
Euboicos inter. Castaliosqꝫ sinus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Nec potuit Nauplus fictis illudere flammis:
Nec pauidam cautes corripuere ratem.
Te duce Cyclopes immania monstra subegi.
Et Erymantheus. te duce victus. aper.
Phasidos et Circes Acheloiadumque sororum:
Carmen. et Harpyias Stymphalidasque fugas.
Te duce Gerionen et barbara vicimus arma.
Armigeram segetem. flammiuomosque boues.
Te duce nigrantes Erebi superauimus vmbras.
Et caua tartarei fugimus ora canis.
Te duce seruate leges. et iura parentum.
Nostraque res maius publica robur habet.
Te duce quassatam fulcris melioribus edem.
Et laceram solido struximus ere domum.
Te duce Pontificis summi mihi limen apertum.
Et sancti patuit. regia magna. patris.
Sic precor immensi pateat tibi regia celi.
Teque suum Christus collocet ante thronum.
Tot meritis vnum. quo tangere sidera possis.
Adde. Quirinali limen in vrbe dato.
Cur precor a Latio soli prohibemur: an vnque
In Capitolinas vertimus arma domos:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Non nos progenies Senonū.non Punica turba:
Non sumus Hyrcanū. Sarmaticūue genus.
Itala gens linguā ⁊ mores edocta Latinos:
Naustaqꝫ de patrū relligione sumus.
Cur igitur quotiens Romana reuisere tecta:
Cogimur.in propria non licet esse domo?
Da Latios Romane lares.da cernere Tybrim.
Da patrie nobis:regna beata:tue.
Auspice te nobis fas hoc sperare putatur:
Qui regimen cymbe Pontificalis habes.
Nos quoqꝫ qui cupim⁹ Romanū extollere nomē:
Suscipiet facili:Martia Roma:sinu.
Si fuit Andino mitissima Roma poete:
Nos quoqꝫ quos aluit Mintia terra feret.
Aeolus es nobis:pelago dominaris ⁊ aure:
Da Zephyros nostre:remigiūqꝫ:rati.
Sic tibi siderei dominā placabis Olympi:
Et pluet etherea iugis ab arce fauor.
Sed spera.longo Lachesis iam fessa labore:
Cogitat immiti rūpere fila manu.
Post obitū benefacta manent eternaqꝫ virtus.
Non metuit Stygijs ne rapiatur aquis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ Ad eundem

Si mea Pierius coeuntibꝰ vndiqꝫ riuis:
Assidue currat totus in ora liquor.
Non potero meritas Falco tibi soluere grates:
Digna nec officijs fingere verba tuis.
Ille satisfaciat qui se contemnere dixit:
Nec calicis vilem frigidioris aquam.
Ne tamen ignores humilis pia vota Poete:
Paupere de loculo: vilia dona: damus.
Tūc tibi Romulea cū nos donaueris vrbe:
De locuplete penu xenia magna dabo.
Nec sunt que veniens. minus vt via lederet egi:
Dum studet obsequio: nostra Minerua: tuo.
Ista leges quando veniūt post seria ludi:
Cū dabit extremas: mensa secūda: dapes.
Nulla suo res est si sit data tempore vilis:
Apta ferunt magnam tempora rebus opem.
Opportuna tibi poterunt solatia ferre:
Tempore si fuerint carmina lecta suo

¶ In eundem Hendecasyllabon.

Falco Romulei pater Senatus
Nemo me: quia sit seuerioris

Vite relligio: putet negasse
Fontis Castalij beata rura.
Indoctos homines fatigat ista
Simplex rusticitas: peritiores
Quales Ambrosius Boetiusque
Qui mores tetricos. et altiorem
Felici patriam sequunt aura.
Musas et studium latinitatis
Complexi fidib9 lyraque. morbos
Tollebant animi grauesque curas
Iucũda modulatione: fretũ.
Pennis ingenium velut quibusdam
Sublatum rapit: deũque dulci
Illapsu recipit. bibitque nectar
Quo mense super fruunt omnes
Hi vere Lyrici fuere vates
Sicut Pindarus insuleque virgo
Lesbi gloria: grandiorque plectro
Alceus modulans vetustiore
Et dauid tyrio decorus ostro.
Percurrit cytharam manu sonantem:
Et sanctos superis cantat honores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Hinc laudes veniunt piiq̃ʒ cantus.
Hinc hymni resonant choros per om̃s.
Istos: post habitis minus peritis:
Auctores imitans tuis patentes
Campos auspicijs perambulabo:
Nec vulgi duce te protervientis
Nugas iudiciumue. pertimescam.

¶In eundem.

Dicet adulandi studio mea carmina lector:
In laudes nimium luxuriare tuas.
Inuidie morbo presens male iudicat etas:
Iudicium melius posteritatis erit.
Credite venturi mendacia nulla libellus:
(Ni malus interpres decipiat) habet.

¶Cur libellus Falco dicat.

Et mihi curuent vel crura vel vngula lector:
Tale mihi nemo nomen inesse putet.
Sed quia Falconis versu meliore canendi:
Clauditur exiguo: gloria magna: sinu.
Nec tñ immensas licuit cõprendere laudes:
Nec fragiles charte pondera tanta ferunt.
Amphora Tyrrhene quantũ deglutiet vnde.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Falconis tantū pagina nostra capit.
Hoc fuerit specimen.reliquā qui cernere mercem:
Postulat.Aonie Phocidis arva petat.

¶Ad Pomponium.

Si mea Falconi placuere poemata.forsan.
Edere ꝛ a populo iam licet illa legi.
Ipse etenim cauta versus appendere lance:
Nouit ꝛ ingenij lumen ꝛ artis habet.
Tu superes.cuius sententia queritur.ac si.
Sit Clarij dictis.anteferenda.dei.
Si placet edant.si displicet occule.nam sunt
Omnia iudicio.subijcienda.tuo

In Falc.Distichon ad Pont.

Ducere sopitis pastoꝛ potes ocia curis.
Falco tuas Argi moꝛe gubernat oues.

¶In eundem

Quod fuit Atride nestoꝛ.Centaurꝰ achilli.
Hoc patrie Falco. Pontificūqꝫ patri.

¶In eundem

Secula Falconē si foꝛtunata tulissent.
Vel Cato.vel Fabius.Fabriciusue foꝛet.

¶In eundem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Sic alios Falco superas in reb⁹ agendis:
Ut Lybie sterilem fertilitate Samū.

¶In eundē tetrastichon.

Quanta rosis inter vernos est gloria flores:
Inter aquas nymphis oceanitidib⁹.
Inter sidereos Triuie splendoribus ignes:
Falco tibi in patrio: gloria tanta: foro.

¶In eundem.

Vir bonus est precio sua qui cōmunicat equo:
Falco mihi gratis res operasq3 dedit.

¶In eundem

Cur tibi tot bona sunt ⁊ tam prestantia Falco?
Cultus ager quia plus fertilitatis habet.

¶In eundem

Insignis virtute Cato. Pompeius honore.
Tullius eloquio. relligione Numa.
Relligio. probitas honor ⁊ facundia tecum:
Sicq3 viros Falco quattuor vnus habes.

¶In eundem

Cur male custodit tua ianitor atria Falco?
Qz scit in occulta turpe nil esse domo.

¶In eundem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Cur tibi sunt dociles serui sine crimine Falco?
A simili mores accipiuntur hero.

¶In eundem

Cur sors Falconem nec leta nec aspera mutat?
Mascula q virtus pectora firma facit.

¶In eundem

Sunt propria: sunt qui niteant virtute parentum:
Falco tuam radiat splendor vterq3 domum.
Sed tuus est maior. nam quicquid laudis in oms;
Sparsit auos virtus prodiga: solus habes.

¶In eundem

Maxima cum doctis cur habet commertia Falco?
Qr paritas homines conciliare solet.

¶In eundem

Si te tristis adit quisquam: cur letior exit?
Falco tuum Charites concomitantur iter.

¶In eundem.

Nicomaci nato si fas est credere Falco:
Non tibi iam laus est sed referendus honor.
Est honor. in portū cum puppis ab equore venit:
Laudibus incoeptum continuatur iter.

¶In eundem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Quid tibi cum Musis qui tanta negocia tractas:
Pinguis ager syluis. graminibusqꝫ viret.

In eundem

Quos alie prohibent recipit tua ianua Falco:
Non tua. sed populi commoda solus amas.

In eundem

Publicole nomen paries inscriptꝰ habebat
Falconis credi debuit esse domus.

In eũdem. de pareone q̃si sit pater regiõis

Area Falconi pareo cõiũcta vocatur:
Falconem regio predicat illa patrem.
Dat tibi concisum laudis compendia nomen.
Omnis vt eulogio lingua sit apta tuo.

In eundem

Cur geniũ fraudas: cur respuis ocia Falco:
Calcar habet virtus desidiamqꝫ domat.

In eundem.

Cur Scytha. cur Grecus. cur te veneratꝰ Iberus:
Vtitur offitijs. quelibet ora. tuis.

In eundem

Argolicas maior Tyrias minor vrsa. sed omnes:
Aurea Falconis stella gubernat aquas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ In eundem

Cur tua distinctis fulgent serpentibus arma:
Philtra minus si sint dissociata nocent.
Nec hominem signant. q̄ bella domestica sedat:
Et que ciuilis suscitat arma furor.

¶ In eundem

Unde fit vt doctos vocet ad conuiuia Falco:
Ne pars officio temporis vlla vacet.

¶ In eundem

Cognita cur tibi sunt idiomata barbara Falco:
Ex toto virtus orbe petita tua est.
Pulytropum vates dixit Smyrneus Olyssem
Ast ego te sanctum pulytropumq; voco.

¶ In eundem

Cur nunq̄ alternis cedūt tua seria ludis:
Nempe q abstrusum mens tua numen habet.

¶ In eundem.

Ora tuas Falco resonant cur omnia laudes:
Est laus. et non est dicere vera labor.

¶ In eundem

Cur tibi tam leuis est. cur tam iucūda senect⁹:
Libera q vicijs tota iuuenta fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ In eundem.

Cur tua iam grauib⁹ virtus non frangitur annis?
Nec patitur vite deficientis onus?
Corpora mens. mentē virtus. de⁹ oīa seruat
Cur minuet vires longa senecta tuas?

¶ In eundem

Quid valeat virtus ad acerbe ferrea sortis:
Spicula. Falconis testificatur honor.

¶ In eundem.

Cur aliquando fuerit tibi sors inimica nocensqꝫ?
Or virtus fuerit semper amica tibi.
Aemula virtuti sors est. quos eleuat illa:
Ista premit crispo torua supercilio.

¶ In eundem

Cur te dissimulas? cur non in honore superbis?
Falco: supercilio gloria vera caret.
Sors facit elatos: ⁊ rusticitate tumentes:
Et generant mores: corda superba: feros.
Exhilarans frontem virtus augusta serenam:
Cor placidum. clemens. mite piumqꝫ parit.

¶ In Falconem elegia

Dicite Falcones habeat cur Martia paucos:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Curia. que colitis Phocidis arua dee:
Dicite dū tenui strepit Allia murmure. dum sol:
Vrget ab excelso: pectus ⁊ ora: polo.
Dum semiusta sonant querulis arbusta cicadis:
Dum madet. ⁊ muscis sollicitatur equus.
Dicite sed neruis non est opus. ore cauendum:
Aridulo. media carmen equestre die.
Cum dabit secura quies meliora canemus:
Nūc satis est celeri: ducta figura: manu.
Finieram. vocem mox extulit vna sororū:
Paucaqꝫ disparibus rettulit ista modis.
Est domus in summo saxosi vertice montis:
Ardua. quo durū semita tollit iter.
Auratus paries gemmis vestitur vbiqꝫ:
Artis Apellee nobile fulget opus.
Hic sunt qui sophia. qui relligione: vel armis:
Aut aliter summū promeruere decus.
Hic retinet bello prestans ⁊ pace Robertus:
Inter Martigenas: regia sceptra: duces.
Ipse Seuerini generis nitor. ipse Latinam:
Militiam. pacem. iusticiamqꝫ regit.
Hic est Carraphiam qui tollit ad ethera gentem:

Cui placidum mitis nomen oliua dedit.
Hic est Romuleę prisco de sanguine gentis:
Qui veteres Falco laudib⁹ equat auos.
Vidimus hos virides lauri gestare coronas:
Et loca quemq; suo prima tenere choro.
Tota cohors trib⁹ assurgit. nec vidimus horū:
Quis prior. & cuius palma secunda foret.
Atria prima labor. tecti penetralia virtus:
Seruat: in extrema parte locat̄ honor.
Horriferum labor est & inexorabile monstrum:
Quale quod infernas excubat ante fores.
Pectora lata tument: collū breue: brachia setis:
Hispida. neruose marmoreeq; manus.
Hic Cadmi superādā seges. mactādā Chimera:
Atq; Meduseę: colla secanda: fere.
Hic vigil Hesperidū custos fallendus. Jason.
Hic domat iratos: flāmea monstra: boues
Hic fuit Hippolytus cursu laceratus equorum:
Et cito virtutis viuificatus ope.
Nam labor in varias solet īmigrare figuras:
Nunc leo. nūc aper est. nūc bouis ora gerit.
Sicut Acarnano est de flumine fama deoq;:

Acarnane. Ubi est flu...

Qui vada Carpathie lata tenebat aque.
Plurima barba.micant oculi.stant cornua fronte:
Esurit.⁊ sicco semper in ore sitis.
Sudat.⁊ in rorem facies ⁊ pectora currunt:
Nulla quies.nulla est desidiosa dies
Ilia magna.femur validū.sine pondere venter:
Desinit in latos:tibia longa:pedes.
Bile tumet:furit:intrantes clamoribus arcet:
Vociferat toruū: multiplicatq; minas.
Vt reor hoc prisci vates dixere Mineruam:
Nam minuit vires:debilitatq; labor.
Qui cupiunt igitur sanctos intrare recessus:
Longa prius duro prelia marte ferunt.
Dicitur Alcides Ericem qui vicit:ab isto:
Victus in herboso:procubuisse:solo.
Et nisi certantē virtus miserata fuisset.
Semper erant sacre:limina clausa:domus.
Ipsa fores referans fessum totoq; labantem:
Corpore:porrecta traxit ab hoste manu.
Huc veniunt homines virtutis imagine ducti:
Sed refugit verso:territa turba:pede.
Hic opus est animis:⁊ firmi pectoris ausu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Vincit quem longe:non domuere:more.
Degeneres animi primo in certamine cedunt:
Nec pudet expelli:nec dare terga fuge.
Limen ad hoc Falco pugnare viriliter ausus:
Obtinuit fractis:regia tecta: seris.
Hicq; diu doctus delubra subiuit honoris:
Victor:& imensas inde recepit opes.
Sicut Aristeus post victi prelia monstri:
Repperit occiso:dulcia mella:boue
Et quoniam pauci superant hec atria:paucos
Falconi reperit:curia sancta:pares.

In Falconem.

Unde magistratus Falco tibi gloria tanti
Quos aluit virtus magnificauit honor

¶ In eundem.

Pulsa redit virtus reuocat te libera Roma:
Nam patrie Falco regnat in vrbe pater.

¶ In eundem.

Est alias Falco superat qui cede volucres:
Hic alios meritis & pietate viros.

¶ In eundem.

Praxiteles sculptor:vates Maro:pictor Apelles:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Herbipotens Chiron: belliger Hector erat.
Musicus Amphion: Tiphys nauarchus: Apollo:
Fatidicus. Mars vi: maximus arte Sinon.
Gnosiacis Alcon iaculis clarebat & arcu:
Mercurius lingue munere. Castor equis.
Automedon currus moderatur. Aranea telam:
Artifices pallas. Luna bicornis aquam.
At commune bonū. Christiqꝫ negocia Falco:
Curat. & hac illi culmen in arte datur.

¶ In eundem

Desipiunt Romā qui degenerasse fatentur:
Romuleos Falco laudibus equat auos.

¶ In eundem

Jam Romana satis tuto ratis equore fertur:
Nam pelagus Falco remigiumqꝫ tenet.

¶ In eundem.

Cur est pulsa fames: Rome cur bella quierunt?
Qꝫ Cererem Falco. temperat atqꝫ Jouem

¶ In eundem.

Arma placent aquile: parit aurea secula Falco:
Ciuibus. hic Christo militat. illa Joui.

¶ In eundem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Omne Quirinali scelus eijcietur ab aula:
Limen enim Falco pontificale tenet.
¶In eundem.
Quid gemis ãmissas aquilas priscũq3 decorem:
Roma: tuus Falco te reparare potest.
Roma meos inquit vexat discordia ciues:
Nec ratio. sed iam viuit in vrbe furor.
Iste meus nulla dolor est sanabilis arte:
Deridet medicas: ista podagra: manus.
Non si preteritos reuocet: noua purpura: reges:
Non si Cesaribus Consulibusue darer.
Falconem fateor: si spes foret vlla salutis.
Forsitan erumnas: posse fugare: meas.
¶In eundem
Quid tibi Moecenas q̃ sis sub cesare Falco
Proderit exclusus si sit ab vrbe Maro:
¶In eundem.
Quosdam Thraicios audiuit Roma loqnentes.
Palluit: vltores credidit esse Gothos.
Tunc ego. dum Falco dum regnat Acacius inq̃.
Roma sede. & nullo sollicitere metu.
¶In eundem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Auget opes alius Rome: studet alter honori:
At studium Falco relligionis habet.

¶ In eundem

Cur populo semper domus est Falconis aperta:
Quod sit honestatis iusticieq; domus.

¶ In eundem

Sceptra tenet Falco. Romana Catonibus aula:
Paret: in Assyrios Sardanapalus eat

¶ In eundem

Aurea Falconis virtus est sidere maior:
Non metuã rutile: flammea monstra: come.

¶ In eundem.

Vidimus assueto priuatũ lumine solem:
Pallida turbato vidim⁹ astra die.
Vidimus horrendos criniti sideris ignes:
Et grauis attonito regnat in orbe pauor.
Non ego defectũ Phebi te sospite Falco:
Non metuam fulmen: terribilesue comas.
Non metuam terre motus: non equoris estum:
Non Canis estiuo cũ furit igne sitim.
Scimus eñ quoniam deus est pietatis amator:
Ventura auspicio prospera cuncta tuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

❡In eundem

Innumeros Phenix. ⁊ Phebi nūcius annos
Viuit. Amadryades: tempora longa: dee.
Secula tot Ceruꝰ. tot viuit secula Cornix:
Ast hominū paucis vita diebus abit.
Recte igitur Falco maior tibi cura dierum:
Qꝫ sit opū, redit es: non redit vlla dies

❡In eundem

Est tibi diuitijs virtus ⁊ honoribꝰ impar:
Cur dat inequali premia lance deus?
Premia virtutū non sunt mortalia. tanti:
Nemo voluptates diuitiasue putet.
Est tibi supremo melior thesaurus olympo:
Vnde tui merces tota laboris erit.

❡In eundem

Diues es, at Croeso longe locupletior esses:
Si meritis hominum diuiderent opes.

❡Ad eundem de virtute saphicū carmen

Cum deus magnum fabricaret orbem
Et polos alto sinuaret arcu
Iussit eterna rutilare pulchrum
Lampade solem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Iussit et lunam dubia micantem:
Luce sublimes agitare currus:
Et per obscuras aliena ferre:
Lumina noctes.
Aureis celum variauit astris
Que per ingentes reuoluta gyros
Fata dispensant. humilisq; terre
Regna gubernant.
Aeris tractus auium canoris.
Cantibus. terras nemorum virenti
Fronde diuersis decorauit altum
Piscibus equor.
Tunc ad argutos Phylomena cantus
Guttur aptauit. didicitq; voces
Psitacus nostras. nituit superbo
Tergore Pauo.
Barbaram citrum preciosius Atlas.
Ida funebrem peperit Cypressum.
Pelion Quercus: Solyme tulerunt.
Balsama sylue.
Et Tag⁹ fuluo nociturus auro
Fluxit: & Croesi viridem per oram:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Lydius: cursu properauit Hermus:
Inuidioso.
Tunc per humentes pelagi meatus
Squamea cinctus populi caterua
Post suum fluctus equitauit altos:
Prothea delphin.
Sic deus celi maris atqꝫ terre.
Fecit ornatum. tamen ad decorem.
Mentis humane magis applicauit
Artis acumen.
Mens enim summo nimium parenti.
Chara: pro vite sapienter acte:
Premio: mundi fuit in beatum
Limen itura.
Dumqꝫ ei cultum dare singularem
Cogitat. pulchris Areten capillis
Forte prospexit spaciosa solam
Ire per arua.
Namqꝫ flammantis meditans Olympi
Lumen. ⁊ cursus Arete volantes
Nomen aptabat numerumqꝫ claris
Addidit astris.

C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Jam maris fluxum tumidosq; fluctus
Norat: et quare tremebunda tellus.
Fluctuet: quare iaculetur aer.
Nubilus ignes.
Norat et linguas hominumq; mores.
Et quibus falli solet et refelli.
Veritas tecto male nota vultu:
Norat elenchos.
Fecerat nostre documenta vite:
Et quibus celi peteremus arcem
Sortis humane miserata casum
Fecerat artes.
Hanc deus menti comitem ducemq;
Fecit: vt casus patienter omnes
Ferret: et nullo scelerum tumultu
Deijceretur.
Ipsa nos duros vocat in labores:
Nec dies nobis sinit ociosos
Hoc ait nostros petijsse celum:
Calle parentes.
Ipsa Falconis comitata gressum.
Fecit vt duros tolerans labores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Iret ad summū decus atq; vitam.
Labe carentem.
Ipsa Falconis vigilanter aurem:
Vellat. ⁊ nostri memorem negoci:
Reddat. vt portum breuiore cursu
Cymba subintret.

¶ In eundem de virtute

Mens virtutis inops. mare piscibus. alite celū.
Sideribus mūdus. gramina terra carens

¶ In eundem de virtute

Pyramides Nili: Pharos insula: Juppiter Amon
Mausoli ⁊ Triuie: marmora celsa: dee.
Regna Semiramidis. Romana palacia iunge:
Si placet. ⁊ Solimi: templa superba: dei.
Talia simplicitas hominum miracula dixit:
Qui nisi terrenas nil speculantur opes.
Nec lapidum moles celataq; saxa fuere:
Que grauis eximia fecerat arte labor.
Longa dies marmor solidum contriuit: et era:
Tempus enim dura singula fauce terit.
Maius opus virtus: quam nec dissoluere possunt:
Tempora. nec rauco: fulmina pulsa: sono.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

¶ In eundem de virtute.

Plurima virtuti laus hic. at premia nulla:
Nam deus illius premia solus habet.

¶ In eundem de virtute.

Eximie claros cur ad virtutis honores:
Ex humili plures vidimus ire loco:
Pauperibus virtus quia sit sine dote maritis.
Nubit. habet grandes: sors opulenta: viros.

¶ In euudem de formoso & studioso.

Juncta venustati probitas iuuenilis in auro.
Candida purpureis: lilia mixta: rosis.
Additus in calatho violis Amaranthus eburno
Et cum purpureo: medica mala: croco.

¶ De deformi studioso.

Abdita deformi virtus sub corporis antro.
Tecta caueruosis: Attica mella: fauis.
Rex in veste rudi. lutea thesaurus in vrna
Fagina gemmato dactylotheca sinu.

¶ De pulchro & vitioso

Forma mephitifero polluta libidinis vsu:
Picta cadaueribus: plena sepulchra: nouis
Focta venenosis: argentea vasa: colubris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Oblita tartareo: lactea gemma: luto

De deformi vitioso.

Improbitas animi deformibus addita membris:

Virus in obsceno: triste nocensque: cado

Frigida limosis inclusa paludibus Hydra:

Turpibus in lustris dente superbus aper.

¶In eundem de virtute.

Alcides Lapythas. Indos devicit Iacchus:

Isthmiaco iuveni preda Chimera fuit.

Pelleus Babylona labor tristemque Darium:

Vicit: et Isiacas Memnoniasque domos.

Esonides fulvum vellus danea propago:

Gorgoneos angues: equoreamque feram.

Cesaris occiduo veniunt ex orbe triumphi:

Scipiade Libycos perdomuere lares.

His eterna dedit laudum preconia virtus:

Maior et immensum fortia facta decus.

Ardua res vicisse alios: victoria maior:

Est animi fluctus composuisse sui.

Subiecisse metus. et debellasse timores:

Gaudia spemque gravi supposuisse iugo.

Propterea longe maior tua gloria Falco.

Sna Cesaris Constan[...] S. [...] no [...] Ambrosiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Surgit: & armatos vincis honore duces.

Cur boni viri posthabeantur

Spōte malos hoīes: & noxia gramīa nutrit

At melius semen ferre recusat humus.

Mitior est proprijs: alienaq pignora semper:

Tractat inhumana: dura nouerca: manu.

Vir bonus est celi. malus est telluris alumnus:

Quos igitur celum diligit. odit humus.

¶ De communi leticia in magistratu Falconis

Fusca prius quare fulgeut candore niuali:

Atria? & albentes explicat aula sinus:

Cur domus exultat: molles cur leta coronas:

Induit: & multa ianua fronde viret?

Barbara cur nitidos velant aulea penates?

Aurea cur pictum signa lacunar habet?

Roma senex alacri cuinam venit obuia pompa

Quo properat celeri: tota iuuenta: pede?

Tybris ouans gestit. sicut gestiuit Olympus:

Cum rediīt victo Juppiter Encelado.

Hec ego dum meditans tacito sub pectore voluo

Concita vox aures impulit ista meas.

Fortunam superat virtus: prudentia fatum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Curat honestatem iusticiamque deus.
Ista viris grauibus fecit populoque Quirini
Falco magistratu: gaudia tanta: suo.

Ad Philippum Baueriam.

Turbida nunc Ursos clamat nunc Roma Colunnam:
Esse quid attonita pacis in vrbe potest:
Et nisi Falconis scirem me numine tutum:
Iam mea populifer cerneret ora Padus.
Propterea diui repetes cum limina Petri:
Ne fluat in longos fac mea causa dies.

¶ Ad Falconem.

Cum deus extructo terras inuiseret orbe:
Cunctaque de veteri cerneret orta chao.
Nature ex vtero traxit duo pignora: quorum:
Nutibus humane diuiderentur opes.
Uirtutem sortemque vocant. temeraria sorti:
Frons fuit. at virtus. casta. modesta. proba:
Mentis inops orbamque ferens sors lumine frontem:
Iusticiam nescit consilioque caret.
At virtus grauis. equa. sagax. innoxia. verax.
Pondera mensuras. corrigit et numeros.
Quod iubet vtilitas virtus. quod poscit honestas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Prestat. inaudita nil ratione facit.
Sors autem quicquid preceps sine lege libido:
Suggerit: instabili datq; adimitq; manu.
Ipsa sibi satis est. ipsa est sibi premia virtus:
Sors est preter opes & sine honore nihil.
Has sibi. quod nemo potuit sine numine. tandem.
Evaluit Falco conciliare duas.
Nec mirum: quoniã quisquis veneratur Olympũ
Ipse sibi celos subijcit atq; deum

¶ Colloquium inopum de Falcone

Dixit inops inopi sacram Laurentis ad edem:
Quid facis ad Flore tristis inersq; forum?
Dum mea. respondit. tractare negocia tento:
Maurior assiduis quottidie aucupijs.
Res perijt. nec habet finem rerum ulla mearum:
Quid faciam infelix. vnde precabor opem:
Obtinet expulsa probitate pecunia Romam
Nec deus in tota possidet vrbe locũ.
Quot sunt Rome hoĩes tot eunt p compita fures
Quosue canes speras experiere lupos.
Si Lacedemonij. Scythiam petiere Quirites.
Nam Lacedemonij furta licere putant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

At Scythie populi damnant. grauiterq; minant
Ut mos consulibus cesaribusq; fuit.
Omnibus esse lupos licet in regione luporum:
Inter pygmeos non pudet esse breuem.
Desipis alter ait. fugat hec opprobria Falco
Nec sua sub tali secula labe sinit.
Sta pete Falconem. sine re. sine munere vinces
Omnis ab hoc saltem fraus aliena viro est.

¶ In Falconem.

Nuper ab Exquilijs quosdam descendere letis:
Frontibus: et lento vidimus ire pede.
Dumq; meos eadem fero per vestigia gressus:
Et sequor equali: preuia terga: gradu.
Audio miscentes concordibus ista loquelis:
Uerba: decem breuibus subijcienda modis.
Uidimus antique specimen virtutis in vno:
Et Fabium Curium Fabriciūq; viro:
Cesareos animos. cum relligione Catonis.
Attilijq; fidem cum pietate Nume.
Uidimus ardentem Christi pro nomine Petrum
Et celebrem Pauli vociferare tubam.
Eloquium Marci Demosthenis atq; Salusti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Et brutos: magna cū ꝓbitate: duos:
Continet hos omnis sancto sub pectore Falco:
Idq3 quod est Falco plus habet omnibus his.
¶ Ad. D. Falc. de morte Philippi Bauerie q̄rionia
Maxime vir. patrie pater. mea gloria Falco
Impulit in luctus me: noua causa: nouos.
Tristor. & in tenebras lucē vertere dolores:
Nec mihi nocte dat. nec mihi luce quies.
Baueriam rapuit pestis Romana Philippum:
Perdere tam sanctū mors fuit ausa caput:
Inuida mors si quid miseris videt vtile terris
Insidiatrices mittit ad arma manus.
Cur veneranda mori permisit pectora virtus:
Cur homini non est auxiliata suo:
Et deus: eterno probitas cui foedere iūcta est:
In cineres talem cur finit ire virum:
Quot mala. quot clades. hec tanta licentia mortis:
Attulit indigno quot premit ora situ:
Conquerimur: nec fert aliquē querimonia fructū:
Quottidie querimur. quottidie rapimur.
Si perimat seuos. hominūq3 cruore madentes:
Iustius & longe micius esset opus.
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Si cadat Euristheus aliquis si infidus Olysses:
Non est qui facinus non putet esse pium.
Iste nec immiti tractabat spicula dextra:
Nec seuum rigidi Martis amabat opus.
Arte regens acres sicut Theodosius iras:
Mitis: et in nullos ore molestus erat.
Omnibus innocuus. casu tranquillus in omni:
Nec tamen ignauo segnis inersq; metu.
Iste Dioneam Venerem. Bromiũq; subegit:
Votaq; lasciue: somniculosa: gule
Fecerat hospiciũ casto: pia mẽbra: pudori:
Sicut Josephus, sicut et Hippolytus.
Non erat elatus. nec inani deditus aure:
Qualis Tarquinius. qualis et Ancus erat.
Ipse suas cunctis operas donabat amicis
Officio tota sedulitate vacans.
Si quando vacuũ tempus supesset: habebat.
Siue deus totos siue Minerua dies.
Languida nec fecit tardos ignauia sensus:
Nec vitam coluit Sardanapaliacam.
Peruigil ad mores animũ reuocabat honestos:
Mensq; erat ad curas ingeniosa pias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Inuidie nunq̄ potuit tabescere morbo:
Nec dedit atroci: corda cremenda: foco.
Totus erat pietas: totus clementia: totus:
Et sine fraude fides. ⁊ sine labe pudor.
Non erat argenti cupidus: non ebrius auro:
Solum animi veras accumulauit opes.
Fortis. ⁊ a recto nulla reuocabilis arte:
Quale Nume pectus. quale Catonis erat:
Non labor a rebus iuuenem reuocabat agendis:
Gaudia sudor erat. cura leuamen erat.
Ipse erat irato cōmunis ab equore portus:
Ipse erat in placido remus ⁊ aura mari.
Nec dum bisdenos eui transegerat annos:
Et tam diuitibus mens erat aucta bonis.
Quod longis aliqui vix eualuere diebus:
Iste breui prudens tempore factus erat
Non expectauit canos matura senectus:
Ante senem senuit. vir fuit ante virum.
Quis lepor: ⁊ Latie fuerit que gratia lingue:
Que docuit tellus Romula testis erit.
Testis erit locuples nostri Pomponius eui:
Gloria: de cuius plurima fonte bibit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Hic si continuo rerum senuisset in usu:
Isset ad Heroum Semideumqꝫ decus.
Notus erat Dirceus ager potauerat undam:
Que subito vates hausta deosqꝫ facit.
In viridi grauitas letoqꝫ modestia vultu:
Grata verecundi signa pudoris erant.
Cur fuerit virtus tenero tam clara sub euo:
Clausa velut passim dicitur. ista fuit.
Nam per oliuerij vestigia sancta carafe:
Assiduus coeptum continuauit iter.
Adde quod herebat lateri Falconis. ⁊ ista
Integritas ex his tracta duobus erat.
Nam iuuenis mores a conuiuentibus haurit:
Et calet admoto frigidus igne liquor.
Hi sunt Romulei duo sidera magna senatus:
Unde bonis lumen. presidiumqꝫ datur.
Iure igitur fratres fratrem defletis ademptum:
Tuqꝫ parens ventris: pignora sancta: tui.
Heu perijt generis proles clarissima vestri:
Heu cecidit vestre: gloria tanta: domus.
Sed memores estote pias in sidera mentes:
Ire: nec infernos posse subire lacus.
D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Viuit in ethereo. quem nos hic flemus. Olympo:
Et gaudet luteas deseruisse domos.
Deseruisse graues resoluti corporis artus:
Gaudet: et in superꝝ transilijsse choros:
Morriferā mortem. viuis que maxima pena est:
Transijt: Elysijs perfruiturqꝫ locis.
Nos quoqꝫ lugubri flemꝰ tua fata Philippe:
Carmine: decessus ingemimusqꝫ tuos.
Tu mihi tractanti Romana negocia semper:
Assiduas operas. auxiliūqꝫ dabas.
Tu mihi solamen. miseris tu in rebus Asylum:
Tu vada: tu venti: tu mihi portus eras.
Tu mihi fecisti. mea dū preconia narras:
Egregios inter: nomina clara: viros.
Propterea quotiens sacras accendimus aras:
Suppliciter pro te: mystica dona: damus.
Tu quoqꝫ spiritibus. quorū tibi copia. sanctis.
Mutua pro nobis vota precesqꝫ dato.

¶ Pugna Virtutis et Fortune.

Ebria Virtutem Fortuna lacessere nuper:
Cepit. et hoc bellum dicitur orsa modo.
Cur latitas vanaqꝫ tegis grauitate timorem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Si sapis vt iactas: ꝛ potes: arma cape,
Te iuuat obscuris nugas excudere tectis:
Semiuiros inter femineosqꝫ choros.
Tu tibi sola places: sine te nihil vtile dicis:
Et populū ficto decipis oꝛe rudem.
Vis Phebea tuis oracula cedere dictis:
Et somnos hebetes desidiamqꝫ doces.
Ast ego sublimes animos ad sidera mitto:
Et decoro gentem nobilitate meam.
Regna mihi subsunt ꝛ opes ꝛ purpura regum:
Et patitur leges: terra fretūqꝫ: meas.
Tu me stulticie: tu me leuitatis vbiqꝫ:
Arguis: ꝛ nomen polluis oꝛe meum.
Efficiam ne te defendat inertia posthac:
Si sapis vt iactas: ꝛ potes: arma cape.
Nec lateo dixit Virtus. nec pꝛelia quero:
Nec fugio: leges consiliūqꝫ sequoꝛ.
Si ratio poscit pugnas: interrita pugno:
Si pacem pꝛefert: ocia pacis amo.
De pietate loqui de relligione deoqꝫ:
Ad genus omne iuuat. nā genus omne rego.
Recta placent nobis: ratione carentia nūqꝫ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Et populū tali fallimus arte rudem.
Non Phebea meis: verū tua cedere dictis:
Plena volo obscenis dicta libidinibus.
Ipsa leues animos in Tartara mittis et omni:
Dedecoras gentes impietate tuas.
Preficis indignos ⁊ regna latronibus imples:
Subq; tuo luget terra fretūq; iugo.
Nec te stulticie: nec te leuitatis vbiq;:
Arguo: tale tuū dat tibi nomen opus.
Efficiā certe ne me experiaris inertem
Efficiam gladio: confodiare: tuo
Desine deceptrix hominū Fortuna minari:
Nouimus ⁊ mores ingeniūq; tuum:
Fas ⁊ iura times: pro legibus vteris armis:
Nec pudet insontes precipitare viros.
Te duce Romani manduerūt sanguine reges:
Et pleriq; sua procubuere manu.
Bella moues nec scis motos sedare tumultus:
Sepius accenso territa Marte fugis.
Nouim⁹ ad Trebiā Cannas Trasimenaq; arua:
Stulticie vires consiliūq; tue.
Te rupes Tarpeia canit canit Allia laudes:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Et Gothos ꝛ fusco Vandalus ore tuas.
Aestiferū equiperas nimbū: qui murmure multo:
Surgit: ꝛ excussa languet inanis aqua.
Falconem quociens fortemq; insana Robertum
In sordes ausa es pauperiemq; dare:
Cerne locis vt nūc niteat sublimibus inter:
Purpureos patres armigerosq; duces
Hi sunt quos vesana fugas: cogisq; subire:
Et terra et vasto longa pericla mari.
Alter ad Oceanū finesq; recurrit Iberos:
Dū fidei debet. premia ferre sue.
Alter in Alpinis niuib9 Ligurūq; per agros.
Viuit ꝛ ad Celtas ad Senonesq; fugit.
Et quia militie titulis excellit: ꝛ omni.
Laude nitet: duplicem fedifragūq; vocas.
Quis sit: ꝛ eximie que sit prudentia frontis.
Constat: ꝛ hoc victi non tacuere duces.
Nos experta potes que nostra potentia nosse:
Et qua conatus frangimus arte tuos:
Disce viros fortes: ꝛ pectora sancta vereri:
Atq; meū cessa dilacerare genus.
Verū adeo leuis es. tātisq; furoribus ardens:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Ut nequeas ire vim cohibere tue.
Qui pinxit Lycium: voluit te pingere montem:
Dum variam fingit multiplicemq; feram.
Ora leonis habes. quia primũ pectora fastu
Tollis: ⁊ audaces mittis in ora sonos.
Hircus olens venter: q; quos extollis: in omnẽ.
Desidiam proni luxuriamq; ruunt.
Non opus exemplis: quorũ mihi copia maior:
In Libyca q̃ sit copia farris humo.
Ultima pars serpens. quoniã de crimine virus.
Nascitur: ⁊ vitiũ: dira venena: parit.
Conscia mens culpe Taxos Aconitaq; mandit:
Semper ⁊ in tenebras suppliciũq; cadit
His accensa grauem rapuit Fortuna Pharetram:
Et celeri torsit: spicula multa: manu.
Uoce. manu. gladio. iaculis. cursuq; fatigat:
Et circũducto strenua pugnat equo.
Fixa manens eadem insistit vestigia virtus:
Nec timet insanam precipitemq; feram.
Egida nam rapidis Chalybum fornacibꝰ vstam:
Et solido clypeos ex Adamante gerit.
Frustra igitur Fortuna truci superintonat ore:

Atq; leues circũ fertq; refertq; gradus.
Seuit inutiliter ceu cũ graue sibilat oestrum:
Obuolitans taurũ cornupetamue bouem.
Dum videt incassum se mittere tela per auras.
Infremit:⁊ crebro verbere pulsat equũ.
Dum furit incaute.missisq; vagatur habenis:
Decidit.⁊ fracto gutturis osse perit.
Marmoreo comites meste imposuere sepulchro:
Et super hoc quidã carmen inesse ferunt
Hic iacet insani Numen mutabile vulgi
Lege carens:sola mobilitate potens.
Arma capit Iani:variasq; ferentia fruges.
Cornua:cũ dauo quo vada nauis arat.
Tunc ait ex media quidã sine nomine turba:
Qui varias sortis nouerat ante vices.
Fidite Virtuti:Fortuna fugatior vndis:
Non manet:⁊ certam nescit habere domũ.
Gaudia dũ simulat:subuertere cogitat orbẽ:
Insidias ridens exitiũq; parat.
Propterea vasis Agathoclea legimus vsum.
Fictilibus:verso dũ timet orbe premi.
Discite quos sursum voluit rota ponere fastus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Trudet ab excelso vos: mora parua: loco.

Ad eundē q̄ Heroico carmine dicendus sit

Falco Quirinalis decus immortale senatus
Quo duce restitui possent labentia Rome.
Menia: ⁊ illustres iterū sperare triūphos:
Dum modo nostra tuas Elegia reponere laudes
Pergit: ⁊ exilem dispergit arundine cantum:
Ecce cothurnato gradiens Heroica passu:
Musa meum derisit opus. quid talibus inquit.
Jonium remis audes tranare profundum:
Nec mihi non Sulmo nec inerti nauita versu.
Claudicet. huc op⁹ est adsit vel Smyrna vł Andes
Nam neq̧ Penelopes cure nō Hyppodamie:
Non Danaes plorādus amor, non vulnus Elise
Parua decent humiles. paruo breuis hydria fonti
Conuenit: ⁊ paruis satis est breuis vtrib⁹ aura.
Vel pedes incedit media de plebe viator:
Vel querulo vehitur plaustro vel paupere cymba
Magnanimis rex magnus equis curruq̧ superbo
Fertur. ⁊ audaces sulcat ratis ardua fluctus.
Magna decent magnos. magno Latonius arcu:
Vtitur. ingenti Mauors accingitur ense:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Immenso tonat igne pater: maiora putatur
Gurgite sub vitreo gestare tridentifer arma.
Huc igitur Phebea cohors Phebea supellex:
Plectra lireq; volent ⁊ sacri gloria fontis:
Huc pluat Eurotas. huc oīa Phocidis arua
Certatim gelidos latices ⁊ lactea mittant
Flumina: Lauretis variaq; virentia fronde.
Non sit in Aonijs regio sine vocibus oris
Non sine laude nemus. nulli sine carmine fontes
Illustres Falconis auos cantare: piamq;
Primeui generis prolē clarosq; nepotes
Ipse quoq; altisono tollatur ad ethera cantu:
Cūcta sonent Heroa nouū quē rector olympi
Diuorū asscripsit numero: qui carcere liber
Corporeo implebit de sedib⁹ etheris vnā.
Dicite: ⁊ illustrem trans equora mittite famam:
Audiat hec Tanais: mirētur Iberica regna
Et Pelusiacas carmen referatur ad aures
Et Didonis ager Romanis emulus aruis
Audiat hec: trepidetq; iterū. Romana reuerti
Classica. ⁊ Ausonijs iterū dare menia flammis
Scipiadas iterū metuat: dū talib⁹ audit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Nūc quoqꝫ Romuleas habitari ciuib⁹ arces
Transeat hec Arabes:nigros ea fama per Indos
Et repetat Scyticos:per serica regna:colonos.
Palladias artes rimatus in omnia venit
Phebee secreta domus primordia nostri.
Fontis et ethereā penetrauit lumine molem
Sepe Meduseis facūda liquoribus arua:
Abluit:ꝛ nostris diues remeauit ab oris.
Ipse iubet passim sanctos adolescere mores
Priscaqꝫ celestis renouat vestigia vite.
Nec pessum sinit ire pios:in egena patentes
Compita fert loculos ꝛ in agmina seminat aurū
Ferreus ad Rome populiqꝫ negocia nunq̄
Flectitur:ꝛ palme similis que pondere pressa
Altius extollit ramos:oneriqꝫ resistit
Strenuus ꝛ solers ꝛ frangi nescius ira:
Propositi fideiqꝫ tenax:sine munere nullos:
Pro virtute fugit:pro relligione labores
Qr nisi Falconis quicqꝫ de laudibus aufert:
Liuor:ad excelsos veterū se attollet honores
Nec sinet extingui gentis monumenta Latine
Et sua viuaci decorabit secula laude:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16

Inq3 dies vestros rediisse videbitur etas

Aurea ⁊ antique surget virtutis imago

Perpetuis igit̃ circũdate tempora sertis

Et lauros hederasq3 ferat frondemq3 Minerue

Hec ait: ⁊ ridens Elegos humilemq3 Poesim

Et caput auertens indignabunda recessit.

Nunc Baptiste Mantuani Epigrãmatõ libellum sane luculentum Melchiar Lotter Calcographus Lypsensis excusoria incude formauit. Anno a natali Christiano. M. quingentesimoseptimo. Idibus vero Julijs.


Baccalaurei Valeriani Seyfridi Sultzueltensis. ad Lectorem Octostichon.

Qui tua: mente agitas: Permessi in flumĩe labra:
Tingere: Castalijs: et tua tempora aquis.
Et qui Phebea: caput optas cingere: lauro:
Baptiste voluas: nocte dieq3: libros.
Inter quos etiam diuina epigrãmata cernes:
Que pulchris: gaudent: sensibus atq3 iocis.
Hec si tu releges: Clarius te dicet Apollo.
Cultorem Aonij: Pieridumq3: chori.
Telos.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Guicciardini 18.1.16